
VINDEX
NEAPOLITANAE
NOBILITATIS
CAROLI BORRELLI
CLERIC. REGVL. MINOR.
ANIMADVERSIO
IN
FRANCISCI AELII MARCHESII
LIBRVM
DE
NEAPOLITANIS FAMILIIS






NEAPOLI
Apud Aegidium Longum Typographum Regium
CIↃ IↃC LIII.

J. P. G.

VIRIS
PATRITIIS
NEAPOLITANORVM
SEDILIVM

CAROLVS BORRELLVS F.



Estræ nobilitatis claritudini vsq; adeo infestum, ac noxium habitum vulgò fuit Aelij Marchesij scriptum: vt quisquis ab illa vel auersus, vel alienus sit, ansam arripere facilè possit eius despiciendæ, quam suspicere meritò debuisset. Equidem sæpius audiui de non nemine, qui vel inuidiæ plenus, vel liuore suffusus animo, vtinam, inquiebat, typis excuderetur, ac publicam aliquando lucem aspiceret Aelij lucubratio. haberent sanè plerique nobilium monumentum aliquod, cuius admonitu facilè deprimerent suos illos spiritus de splendore generis, neque aura vanæ nobilitatis elati de suis natalibus tantopere gloriarentur. Ego verò, vt de meo sensu aliquid promam, ingenuè fateor multum opinionis, quam iam pridem de vestra nobilitate

con-

conceperam, effluxiſſe ex animo meo, vbi illum Aelij lectione perfuderim. Eoque magis, quòd viderem eius authoritatem multum valere apud virorum complures doctrinæ laude præſtantium, eamque ſæpenumero in teſtimonium adduci. Quò mihi impenſius laborandum putaui, annalium replicare memoriam, atque inde quicquam excerpere, vt ſuo loco conſiſteret veritas, & familias aliquas nobilitate præclaras ab omni calumnia vindicarem. Ac ne longius abeam, cùm paucos abhinc annos Prouincialis munus obirem in hoc Regno, ac neceſſe haberem tabularium peruetus euoluere, & ad commodum meæ Religionis quiddam exquirere; fortè euenit, vt in aliqua ſcripta inciderem, in quibus menda Marcheſij manifeſtò deprehendebantur: Hic ego aggreſſus ſum ea reuocare ad trutinam, vt quanti valerent, cuiquam planum facere poſſim. tunc verò animaduerti non ſolum aberrare Marcheſium à veritate longius quàm par eſſet, verùm etiam ſibi ipſum minus conſtare: & quæ vulgò iactabantur, voces in Neapolitanæ nobilitatis contemptum; eas eſſe maleuolentiæ indices, teſtes temeritatis. Enimuerò inuidorum hominum plena ſunt omnia. nec pauci reperiuntur, qui detrahere ſtudent de iјs fortunæ

tunæ

tunæ bonis, quæ desperant se consequi posse. Itaque cùm tantam ex illius carthophylacij scriptis notitiam mihi comparassem, quantam satis esse existimarem non solùm tenebris, quæ splendori vestræ nobilitatis effundebantur, discutiendis, sed etiam Marchesio mendacij redarguendo; decreui hanc opellam typis mandare, & quæ ab obtrectatore illo obijciuntur, ijs responsiones afferre è probatis scriptis erutas, ac munitas testibus fide dignissimis. Neque mei instituti est vestrorum natalium claritatem, gloriam, amplitudinem vel ornare & illustrare dicendo, nam diuinum dicendi genus, vel recensere & consequi numerando, quia tractationem multò longiorem requirerent; sed ea tantùm adducere, quæ & errata Marchesij perspicuè pandere, & prauam eius animi affectionem aduersus aliquot vestrates familias patefacere facilè possint. Nempè ea ratione confido, me sin minus obseraturum ora maledicorum, illud certè effecturum, vt obtrectationis noxa impunè non abeat: siquidem vno eodemque tempore passim æstimabitur obtrectator ille cùm veterum monumentorum imprudens ac rudis, tùm suæ maledictionis obstinatus ac pertinax. Eam porrò lucubrationem vobis dedicandam censui, vt in

illa


illa veſtrorum maiorum tanquam in ſpeculo ſtrictim intueamini, quibus illi gradibus ad nobilitatis faſtigium adſcenderint, conſtantiſſima nimirum erga ſuos Reges fide, pietate in patriam, rerumque publicarum ſtudio. Ad quem etiam ſcopum, niſi degeneres eſſe velitis, conuenit veſtras omnes actiones eorum imitatione dirigere, & hoc qualecumque munuſculum, ſin minus ob donantis dignitatem, ob doni certè opportunitatem gratum habere. Valete.



VIN-

VINDICIS

PROPOSITVM AD LECTORES.



N hoc operis vestibulo mei laboris pretium fore existimaui, vt rerum aliquarum lectorem commonefacerem, ne, inter narrandum, eadem iterare sæpius cogar.

Aelium Marchesium insimulare conabor mendacij. quod parum firmamenti, parumque vbique virium habet: & vel interposito spatio, vel causa penitus perspecta, omnino fatiscere insueuit. Is non prauitate aliqua, aut animi motu percitus, sed nimia fortasse deceptus fide, quam mihi persuadeo habuisse non nemini, quædam calamo exarauit, quæ, & si typorum lucem non aspexerint, tradita tamen per manus graue præiudicium viris pulcherrimi Regni nobilissimis intulerunt. Equidem reor non suis ipsum oculis perlegisse, quæ scripsit, sed alicui ex amicis plus nimio confisum, quem versatum esse in priscis familiarum monumentis existimasset, multa per errorem affinxisse, quæ si

conflaſſet inuidia, indignus ſanè fuiſſet hominum congreſſu. Hic ego cauſæ defenſionem non oſtentatione aliqua, aut gloria, ſed veritate, atque officio adductus ſuſcepi non inuitiſſimus. Oro igitur obteſtorque vos omnes, vt opinionem de Neapolitana nobilitate mente iam ante conceptam, ſi temeritatis periculoſa omnino conuellatis: aut ſi labefactabunt ea, quæ contra Aelium adducam, ne repugnetis, ſed ex animis veſtris aut æquis, aut libentibus dimittatis.

Et, vt ſentiat vnuſquiſque, me non cum hominis extincti cineribus contendere, aut luctari cum laruis, ſed diſceptare cum authore non imi ſubſellij, ac rem habere cum viro nobilitatis, & eruditionis non contemnendæ; hic aliqua de eius vita prælibanda cenſeo. Hic eſt ille Aelius, Neapoli quidem ortus, ſed Salerno oriundus è Marcheſiorum familia ob veterem feudorum poſſeſſionem, & militaris cinguli dignitatem admodum nobili. In ſacro baptiſmatis lauacro inditum illi fuit nomen, Franciſchellus, quod mox (ſicut alij ſuperiori ſeculo factitare conſueuerunt, antiquitatis nimiopere affectantes) ad imitationem veterum nominum concinnarunt, ac dictus eſt Franciſcus Aelius. generis nobilitatem adauxit eruditione, ac bonarum artium ſtudio. Quamobrem magni ſemper

pen-

pensus est à Iacobo Sannazario, Iouiano Pontano, Hieronymo Carbone, cui ille id operis dicauit, Andrea Matthæo, ac Belisario Aquauiuis, Hieronymo Borgio; Ioanne Francisco Caracciolo, viris eius ætatis eruditione præstantissimis. Ineunte iuuentute, controuersiarum patronum egit aliquandiu in foro. à quo munere cum suopte abhorreret ingenio, quod factum, natumque videbatur ad mansuetiores Musas; à forensi strepitu ad politioris litteraturæ otium sua studia traduxit. quibus in studijs tantos processus efficiebat, vt inter poetas vnus è summis, inter oratores non mediocris eloquentiæ æstimaretur. Neque mihi quicquam dubij est quin, si in hoc opere de Neapolitanis familijs styli candorem, ac rerum explicandarum facultatem veritate condiuisset, obtenturus facilè fuisset in scribenda historia principatum; cuius prima lex est, ne quid non veri dicere audeas, ne quid veri non audeas. Præter hunc manuscriptum codicem, quem ille, saltem dum viueret, typis excudi vetuit; mendis expurgauit Diogenem Laertium de vitis Philosophorum scribentem efflagitatu Pomponij cuiusdam hominis eruditi, quemadmodum ipsemet testatur in epistola, qua dedicat opus suum Oliuerio Cardinali Carrafæ. Ego autem censeo illum esse Pomponium cogno-

mento Latum, de quo meminit in Capicijs. Verosimile est, alia illum elucubrasse opera, quæ gnatorum à doctrina, contestataque patris virtute valae degenerantium inertia interierunt. sicut ex varijs conijcit scriptis Ioannes Baptista Boluitus Neapolitanus, nobilis antiquarius. Nec defuere Aelio, quæ contingere solent maximi consilij atque ingenij viris, infortunia. nam qua tempestate in Regno nostro mrificè turbabatur, bellum inferente Ioanne Andegauensi Duce; è Regni finibus prodiuit Aelius Lucretiam de Alaneo Heroinam apud seniorem Alphonsum maximè gratiosam honoris gratia prosecuturus. Hic cùm apud regios magistratus grauiter offendißet quasi eius victoriam procurasset, aut illi operam nauasset suam; ab ijs priuatus est feudis aliquot, quæ Neapolim reuersus, repetenda nequicquam curauit. Ob eius in patriam reditum illa gratulabundus cecinit Pontanus.

Proces.inter Francisc. March. & Io: de Gueuara in banca Clauelli.

Hend. lib. I.

E Roma meus Aelius reuisit
Dulcem Parthenopen, lares paternos.
O lucem niueam, diemque faustum.

Supremum tandem obiuit diem nostræ salutis anno CIↃ·IↃ·XVII. *hereditate relicta adeo tenui, vt Ioannes Guirfilius per id temporis Vicaria Regens, Iacobus Sannazarius, & Hierony-*

mus

mus Carbo testamenti executores, quod satisfacere legatis nequirent, coacti sint vendendas tradere demortui viri ædes, quæ erant è conspectu fermeque è regione Patrum Teatinorum ad D. Pauli. Humatus est in templo, quod est Cælestinorum S. Petri ad Maiellam: eiusque memoria cùm posteritati nullo monumento commendaretur; monumentum omni marmore, atque ære perennius idem Pontanus panxit epigrammate illo.

Tumul. lib. 1. tum. 10. Viator, & Genius colloquuntur.

Quis iacet hoc tumulo? nullus iacet. hunc sibi viuus
 Aelius, hanc statuit post sua fata domum.
Cur interque herbas, interque virentia culta,
 Qua nitet aurata citria silua coma?
Hanc illi siluam Musæ, hos statuere recessus,
 Quò post vmbra suo gaudeat in thalamo.
Quid quòd & Assyrij spirant de marmore odores?
 Quid quòd & Assyrio nardus honore fragrat?
Illos Assyrijs Charites de collibus, hanc &
 Detulit Assyria Gratia ab vsque plaga.
Hoc illi meritum Musæ post fata rependunt.
 O scriptor Latia nobilitate lyra!

Deinde omnibus testatum volo id, quod ne me quidem latet, multò satius esse nullius egere medi-

camenti, quàm cùm indigeas, paratum, & efficax inter curationem illud habere. Quare non ignoro præstitisse potius, vt aliorum ferebat opinio, Aelij scriptum occultare, atque ab omnium oculis remouere, quàm vlla oppugnatione illata, in hominum lucem emittere: nihilominus tamen, cùm scriptum illud non Neapoli solùm, omnique Italia vagaretur, sed montes etiam prætergressum in alienigenarum manus deuenisset; omnino nolui impunitum, ac prope fugitiuum quouis gentium excurrere, sed aduersarijs notis onustum, ac pene stigmaticum præstò omnibus esse. Mitto quòd ab illo sugillatæ familiæ, si omni defensionis propugnaculo caruissent, succumbere maledictis, ac manus dare viderentur. Taceo quòd autographum in multa transcriptum erat exempla, & eorum vnumquodque pleraque continebat adulterina, ac supposititia, quæ ab alijs adiecta fuerant, prout quisque odio, vel amore, aliaue animi affectione diuersè afficiebatur. Quocirca contigit mihi, vt aliquando viderem amplius exempla quatuor ab exemplari autographo descripta, & quidem omnia in rebus notatu maximè dignis inter se discrepantia. Itaque si ita deprauata, ac mendosa ire in alienas manus passus essem, existimare alij potuissent, me vel suffragari maledicentiæ, vel

adu-

adulationi velificari. Cùm igitur vetustissima quæque exemplaria diligenter exquirerem, fortè incidi (qui bonus mihi fuit euentus) in exemplum quoddam memorati Boluiti: quod ipse affirmat, se descripsisse de exemplari Antonij Aseltrij, iureconsulti suæ ætatis peritissimi: Aseltrius verò suum se exemplum desumpsisse testatur anno CIƆ. IƆ. LIV. *à primigenio, ac verissimo autographo, in quo propria Aelij manu multa in gratiam Aquinorum notabantur. Quare si in eiusmodi labore Neapolitanis ego familijs, quas hic defensas volo, gratificatus quicquam fuerim; agendæ, habendæque sunt gratiæ ab ijs Francisco Boluito, gnato Ioannis Baptistæ, qui fuit paternæ eruditionis heres, arcto mihi amicitiæ vinculo coniunctissimus, à quo authograhum illud per summam liberalitatem commodatum mihi fuit:*

Instituti ab Aelio ordinis nihil immutabo, sed constanter retinuero in familijs recensendis. tantùm nominabo coniunctim Dentices à Synodonte pisce, & Dentices à Stellis symbolum gentilitium mutuantes. Hos secundo loco significatos Aelius numerat cum Aiossis. Ego verò binos illos Dentices ab eodem stipite enatos sentio. neque à meo sensu dissentire quicquam videtur Aelius.

Neque

Neque meum est in hoc opere de nostri Regni familijs longam disceptationem, aut commendationem instituere, sed ea strictim dumtaxat attingere, quæ necessaria existimem ad errata Marchesij prodenda. nihil itaque dicam de honorum amplitudine post Aelij ætatem ab Neapolitanis nobilibus, siue togæ, siue militiæ beneficio, siue litterarum, siue armorum studio comparatorum. Quanquam super eo argumento tractactionem postea, Deo fauente, conscribam in antiquis chronologis à me illustratis: quam spero propediem me typis editurum vnà cum priscis aliquot monumentis, quæ eruta sunt è regijs archiuis, eruntque veluti bases, ac fundamenta ad cognoscendum priscum Neapolitani Regni statum; ac familiarum nobilium in eo contentarum conditionem.

Cinguli militaris honor, qui dicitur ab Aelio Equestris Dignitas, Aurata Militia: eius Cinguli possessores, qui dicuntur ab Aelio Auratæ militiæ Equites; in apologiæ cursu nuncupabuntur à me, Militia, Militaris Dignitas, Milites, mutatis vocibus tantidem valituris. placuit siquidem subterfugere vocabulum, Equites, tanquam medium ordinem inter Patritios, ac Plebem, ac proinde ineptum, mea quidem sententia, ad nostratem nobilitatem significandum, quæ inter

omnes

omnes ordines obtinet primos. Et sanè in hoc apologi e genere multo præstat tabulas sequi publicas, Regumque diplomata, quàm apocripha, ac peruetusta Chronica Notarij Rogerij Pappansugna ex nobilibus Sedilis Montaneæ. quibus ex Chronicis vocabula illa hausisse videtur Aelius.

Quanti verò militaris cingulus olim penderetur inde conijci licet, quòd capita coronis redimita regalibus eo se potissimum gradu ornari, atque illustrari existimarent. Rogerius Siciliæ Calabriæque Comes, qui haud multo post Neapolitani Regni Rex fuit, non solum decorari se sensit honoris militaris gradu, sed præferre etiam illum voluit titulo Comitis, ac suapte sponte in publicis litteris ac subscriptionibus appellari: Dei gratia iam Miles, iam Comes Siciliæ & Calabriæ. Carolus Salerni Princeps, postmodum Neapolitanorum Rex eius Nominis II. ab Rege patre Carolo militarem cingulum accipere non recusauit, quem primigeno filio Carolo non longo post interuallo tradidit. Intelligebant nimirum prudentiæ laude præstantissimi illi Principes, multo pluris extimandum esse honorem illum, quem virtus laboriosè parit, quàm quem natura gratuitò dilargitur; ac longè præstabilius esse fidelitatis Sacramento teneri ad tutandum imbellem femi-

Notit. Pacten. ecclef. Roc. Pyr. pag. 105.

narum

narum sexum; atque ab iniuria vindicandum afflictum hominum genus, quàm latissimas tenere prouincias suis obtemperantes nutibus. Quo prudentius ad eius gradus existimationem, ac decus lege sancitum fuit, ne quis militaris cinguli iure donari poßet, nisi saltem ex parte patris esset de genere militari: atque in hoc personæ attributo, seu Militis dignitate clientes Domino suo ferre subsidium tenerentur.

Quoties vsurpabo voces illas (Tabularium) aut (Tabularium vetus) iam nunc profiteor, atque denuncio, me intelligere illud, quod Archiuum Magnæ Regiæ Curiæ Siclæ dicitur, asseruaturque in regali Summariæ Camera. at si alia tabularia in testimonium adhibuero, siue ea sint regia, siue in aliquo reposita monasterio; id à me distinctè notabitur in margine libri. idemque præstabitur in quauis alia scripti authoritate, vel schedæ, aut chirograghi: si quando ijs vtar, ac pro testimonio producam. Et vt Siclæ tabulas, quas omnium maximè, ac sæpissime adhibebo, faciliori negotio adinuenire singuli poßint; sub finem operis narrationem afferam omnium, quæ in eo asseruantur scripturarum: quæ quidem initium ducunt ab anno primo Caroli I. Regis, qui fuit annus nostræ salutis CIↃ CC. LXVI. *quamuis*

etiam

etiam extet regēſtum dumtaxat vnum Imperatoris Friderici II. anno CIↃ.CC.XXXIX. *& pauci aliquot faſciculi Regis Manfredi tempeſtate, præter ſcriptum aliquod immiſtum, inſertumque regeſtis, quod fuit Normandorum Principum hoc in Regno dominantium ætate. Itaque ſi de claritudine generis, ac familiarum nobilitate monumenta illis antiquiora non afferam; intelligat vnuſquiſque id à me fieri ſcripturarum inopia, non vitio antiquitatis, quæ ijs deeſſe videatur. etenim ſi Manfredi Regis ætate Barones extitere non pauci; quis neget, alios eorum ſimiles multò ante etiam extitiſſe? niſi fortè quis dixerit, illos genitos, ortoſque more fungorum, vna noctis periodo.*

Addam etiam ſub finem operis complura alia ſcripta per extenſum, tum quia vniuerſaliſſima ſunt, multiſque familijs communia: tum etiam quia Aelij menda perſpicuè patefaciunt. hac enim ratione, ac methodo neque lectorem tædio afficiam aliarum narrationum, aut probationum interuentu; neque fidei quicquam rebus dicendis detraham.

Conſtitutum denique mihi fuit, ad ſingulas familias gentilitia ſtemmata apponere. nam ſi illa venuſtum, ac formoſum præbeant aſpectum

opta-

optabile quidem est, at non certissimum ferunt nobilitatis argumentum. Et omnino speciosum est, stemmata mettallis probè adstructa, appositis distincta coloribus, ac nobilibus conflata corporibus claritudini generis respondere.




FRAN.

FRANCISCI AELII MARCHESII

LIBER

DE NEAPOLITANIS FAMILIIS.

Ad Hieronymum Carbonem.




Ogasti me, Hieronyme Carbo, vt quæ de vrbis nostræ Nobilitate, deque eius familiarum Origine, longa vetustarum rerum inuestigatione perceperam, monumentis traderem. Sanè non minùs laboriosæ, quàm periculosæ plenum opus aleæ. nam & cuncta sigillatim referre, & quid à quoque authore decerpserim demonstrare ad explendam legentium auiditatem, & firmandam historiæ fidem; nec vnius anni labor est, nec hominis, vt ego sum, familiaribus negotijs occupatissimi: nec ea sum potentia, dignitate, opibus, vt non verear earum familiarum odium, quas aut obscuræ, aut non admodum claræ originis esse demonstrauerim. Ea est enim ambitiosorum hominum superbia, ac petulantia, vt non modò veritate, sed etiam modica adulatione offendantur. Verùm enim verò cùm ab amicitia nostra alienum esse duxerim, tuæ omnino non morem gerere voluntati, pauca ad te summatim scribere constitui: qui cùm meum incorruptæ veritatis studium planè noueris, & quæ scribam, verissima esse credes, & vt mei amantissimus ea penes te semper, aut saltem tamdiu retinebis, donec me mors ab insolentium violentia, atque iniuria tutum reddiderit. Vale.

NEapoli Familiarum nobilium duo sunt genera, unum scilicet Aduenarum, alterum Indigenarum. Aduenarum duæ sunt species, una est earum, quas sub exteris Principibus, aut varijs casibus diuersis temporibus venisse compertum est: altera earum, quæ à finitimis urbibus, aut oppidis post Neapolim Regni caput à Regibus constitutam concessêre. Harum duarum, quæ species sit nobilior, haud facilè est iudicatu: nam & si pulchrum sit ab illis originem ducere, qui cum Regibus venientes ad Regnum armis capessendum, egregiam illis operam præstitere: hi tamen, qui à finitimis locis venere, cur censendi sint deteriores, planè non video? cùm liquidò constet, aut reliquias esse Romanæ, atque Italicæ nobilitatis, quæ, Gothis, ac Longobardis Italiam vastantibus, in maritimis Campaniæ urbibus se recepere; utpote natura munitis, & hosti penitus maritimarum virium experti inuijs, ac inexpugnabilibus. Aut si è Mediterraneis venisse reperiuntur, Gothorum, ac Longobardorum nobilium sanguine progenitas esse credendum est; si principem locum in oppido, unde Neapolim migrauerint, tenuisse certum sit: secus si alicui ipsarum generis obscuritas in natali solo obijci poterit. quod admodum paucis eueniet ex his, quas subnectam. Nec illis scilicet, quæ principem locum tenuerint, urbis, aut oppidi paruitas obstabit; nam Gallico, & Germanico more summæ nobilitatis viri per vicos, castellaque passim habitant, neglectis urbibus, tanquam generosis animis, qui ciuilibus legibus obnoxij viuere dedignantur, parum consentaneis. Indigenarum item duæ sunt species, una scilicet earum, quæ ante Reges Neapoli honesto loco natas, & magistratus exercuisse, varijs in scripturis legimus. Altera earum, quæ diuitijs, & virtutibus se paulatim extulere; atque ex humi-

li

li loco, cuius origo ignoratur, se nobiles, Regibus annuentibus, praestitere.

VINDEX.



QVam diuisionem Aelius vsurpat de familijs, quæ in Sedilibus adscriptæ, ac nobiles de Platea, eam non esse sufficientem, si de Neapolitana nobilitate vniuersè loquamur, admonent nos pleræque familiæ, nobilitate quidem insignes, sed quæ varijs de causis in nullo Sedili adnumerantur, neque adnumeratæ vnquam fuerunt, quamuis ab antiquitate, ac splendore commendatissimæ. Ea itaque diuisio complecti quoque debet familias omnes nobilitate præditas, siue sint in Sedili, ac de Platea aliqua, siue Sedile nullum agnoscant, nec Platea vlla potiantur. Quis enim vir, vel sano ab natura iudicio ornatus, vel mediocri à studio eruditione imbutus persuadere sibi, vel alijs vnquam poterit, familias illas, quæ per multas hecatontadas in nostra ciuitate vassallorum dominatu, ac titulorum splendore effloruerunt, nullam in præsentia obtinere laudem nobilitatis, quia Sedili nullo perfruantur? Quod si verum esset, Neapolitani nobiles centum sexaginta ante annis iudicandi sanè non essent Columnæ, Sanseuerini, Baucij, Cardines, Auali, Vrsini, Marræ, Gesualdi, Cantelmi, Aquauiuij, Lagonissæ, Caietani, Pandoni, Actiæ, Morræ, Gallucij, Gueuaræ, Sangrij, Lignini, Gonsaghæ, Sanframundij, Diascarlonij, quòd ante id temporis in Neapolitana Sedilia adlecti non fue-

rint. Atqui illæ eædem familiæ multò ante erant latè dominatrices, ne dum generis militaris. Neapolitani nobiles item non essent vetustissimi Palenæ Comites, postmodum Conchæ Principes, ac Regni Architalassi ex familia de Capua, quòd Sedili nullo in vrbe nostra potiantur. at ex eodem nascuntur stipite, quo Comites Altauillæ, & Principes Riciæ, qui inter Sedilis Nidi nobiles recensentur. Verùm illi in suis quisque oppidis, feudisque immorati diutius, Neapolitanorum Sedilium prærogatiuam vel non magni duxerunt, vel longa, continentique annorum serie absentes amiserunt. Nam quemadmodum eruditè iuxta, ac verè scriptum reliquit Ferdinandus ille de Marra, Guardiæ Dux, in quo vno claritudo generis cum suauitate morum, morum suauitas cum antiquitatis notitia certare videbatur: antequam vrbs Neapolis esset Regni totius caput, ac princeps, atque ad eam dignitatem, ciuiumque celebritatem, quam omnes suspicimus, euasisset; in diuersis Regni prouincijs habitare consueuerunt Reges. quò fiebat, vt in diuersis quoque Prouincijs dispersa nobilitas versaretur. At vbi post aliquot annorum lapsum sedem Neapoli suam Reges constituerunt, illamque effecerunt principem, ac Regni totius arbitram; tum quoque nobilissimus quisque, ac feudorum multitudine amplissimus quisque Baro, vnà cum liberis suis Neapolim confluxere: ita tamen vt plerique ex primigenis, ac natu maximis in patrimonio, imperioque successuris, immorari in suis oppidis, feudisque perrexerint: qui verò secundo, postremoue loco in lucem editi essent, vrbem regiam, atque aulicam incolerent, suis


mini-

ministraturi Regibus. Qua de causa videmus ad hanc vsque diem alios quidem in Sedilia admissos,& milites Platearios indigitari, quòd in vrbe regia suum domicilium posuerint: alios verò quamuis ex eadem planè familia, ijsdem Sedilibus exclusos, quia plurium oppidorum domini in suis se feudis perdiu continuerint; neque de ciuitate regia quicquam laborauerint.

Et vt rem omnem altius repetamus, dignum scitu est, singularum Platearum Sedilia antiquitus aperta fuisse,& vnicuique nobilium,qui in eadem vicinia versaretur, aditum ad ea patuisse. In publicis itaque oneribus, ac vectigalibus, si qua imponebantur, in publicis item, atque honorarijs muneribus cuncti ex eadem Platea nobiles, vnusquisque de suo, erant symbolarum collectores, in qua maximè collatione sita erat Platheariorum nobilium ratio. Ea postmodum coercita sunt ad eas tantummodo familias, quæ in Sedili adscriptæ iam pridem, adlectæque essent, reliquis Sedilis aditu prohibitis: ita tamen vt penes veteres nobiles Platearios facultas foret alios aggregandi,qui adsciscí se postularent,atque essent adscitu ob generis præstantiam non indigni.Iam verò annorum processu, Aragonensibus Regibus in hoc Regno dominantibus, ac subinde rebellantibus populis, priusquam ab armis vtrinque discederetur, quæ in pacificationem interponebat sese Neapolitana ciuitas, stipulari pacis capita vsquequaque consueuerat in fauorem suorum,& maximè nobilium Platheariorum ciuium. Quò factum est,vt nobilium Sedilia in eum existimationis gradum adscenderint,ad quem perueniri ægrè possit.

Quo-

Quocirca non possum non irridere nonnullorum Platheariorum nobilium arrogantiam, qui nobilissimum quemque præ se flocci faciunt, arbitrantes neminem insigniri debere nobilitatis nomine, nisi qui inter Neapolitanorum Sedilia adnumeretur. Contra verò liuoris sanie perfusos illos existimauerim, qui cum Sedilis munere nullo perfruantur, humiliter tamen de Platearijs nobilibus sentiunt, dictitantes, Magnatium familias, ac longo feudorum dominatu potitas, nunquam fuisse ex Pl註Platearia vlla nobilitate, nullo Sedilis ambitu coerceri vnquam potuisse. Sed temerè sentiunt, & obloquuntur: nam earum familiarum pleræque natæ, altæque sunt cum Neapolitanis Sedilibus: ex ijsdem aliæ adscitæ quidem, adlectæque Sedilibus fuere: sed quo tempore Sedilium claustra validissimis occlusa sunt pessulis, foris erant diuersæ, in suis vnaquæque oppidis, pagisque feudalibus, neque Neapolim, nisi multis post annis remigrarunt: quemadmodum de certis quibusdam familijs infra constabit.



DE

DE CAPICIIS.



AELIVS.

CApiciarum gentem progenitam à Capy Troiano, Capuæ conditore, aliqui affirmant. quod mihi planè fabulosum videtur: nam nec certis authoribus, nec verisimili coniectura nituntur, qui hoc prædicant. Cùm prius incertum sit, an Capys Capuam condiderit. deinde incredibile est, eius successores hucusque peruenisse sine aliqua eorum mentione apud Liuium, ceterosque historiarum scriptores. Nisi credamus, eos ab Capy ita degenerasse, vt supra duo millia annorum semper ignobiles vixerint. quo casu nescio cur optandum sit, à Capy originem ducere. Ego verò hanc familiam indigenam esse existimo, cùm annis prope sexcentum Neapolim incoluisse constet. quo scilicet tempore Neapolis haud illius erat celebritatis, ac nominis, vt ad se aliunde nobiles allicere posset. Pomponius Lætus, antiquitatis supra mortales studiosus tradidit mihi diploma vetustum, in charta membrana, Longobardis characteribus scriptum his verbis: Nos Oligamus Stella Dux, Ginellus Capicius, Bàlthassar Iuuanus, & Burrus Brancatius, Consules magnificæ ciuitatis Neapolis, quæ in præsentia est in magna penuria tritici, olei,

olei, casei, & ordei, promittimus quibuscumque salmatarijs vallis Beneuentanæ, Auellini, & aliorum locorum, qui venerabili in Christo Patri, Mundo Præsuli Beneuentano subiecti sunt; pro qualibet salma farinæ, vel tritici tarenos duos; pro qualibet salma ordei tarenum vnum; pro qualibet salma olei, & casei tarenos tres; qui ipsis in introitu portarum soluentur, vltra pretium, quod pro illis rebus accipient. Et ideo vobis venerabili Antistiti præsentes scripsimus, vt ciuitati nostræ gratum faciatis, ad vocem præconis bannire faciatis per omnes terras vobis obedientes. quod vobis promittimus, & ratum habebimus. Datum Neapoli die X. Martij, III. Indictionis, sedente Sanctissimo Papa nostro Sergio IV. *Cùm igitur ex hoc diplomate liqueat, anno Christi seruatoris nostri sexto, aut septimo supra millesimum (nam eo tempore Sergius IV. Pontifex sedebat) Capicios Neapoli magistratus gessisse: & coniectura vti liceat, aliquot ante annis Neapolitanos nobiles fuisse, cur à fabulis nobilitatis suæ fundamenta mutuentur, ignoro? præsertim cùm Capua, vnde eos venisse dictitant, nullum omnino monumentum, nulla vsquam mentio, nec ante illa tempora, nec postea inueniatur inter tot antiquitatis ruinas, vt de ceteris familijs, quæ aliunde venerunt, infra dicemus. Et hæc de origine.*

Qui verò clari viri in hac familia fuerint à Sergij Pontificis tempore vsque ad Federicum Aenobarbum, scriptorum inopia ignoratur. Federico verò in Syriam proficiscenti multi ex Capicijs equites præsto fuere; eaque in expeditione adeo strenuè se gessere, vt, mortuo Federico, Henrico & Federico II. eius successoribus, ac Manfredo Regi in primis cari semper fuerint. Ab his

his Regibus multi eorum aurata militia equites creati, multi præterea prouinciarum præsides, & copiarum duces instituti, vsque ad Caroli I. tempora floruere. quo tempore Manfredi partes secuti in iram Caroli victoris incidere, & ab eo honoribus, ac fortunis omnibus spoliati sunt. At biennio post Manfredi eadem, Conradino Sueuorum Duce, Manfredi ex fratre nepote Regnum armis repetente, Capicij omnes ad eius castra confugere, pristinæ fidei erga Suenos Reges memores. Verùm, fuso Conradini exercitu, Carolus adeo in eos excanduit, vt vsque ad internicionem eos persequendos statuerit. quò effectum esse constanti fama asseueratur, vt cognominis mutatione per Italiæ vrbes, Gibellino nomini amicas irati Regis manus effugerint; & pro Capicijs alij Minutulos, alij Sconditos, Apranos, Zurulos, Piscicellos, Galiotos, Tomacellos, Latros, Boczutos se cognominauere: donec Summi Pontificis rogatu, qui numerosæ, & nobilis familiæ misertus est, Carolus Rex, extincto penitus Sueuorum nomine, illis indulxit. Hinc Carolo ipsi paulatim, eiusque successoribus seruientes, non modò antiquæ noxæ veniam, sed multi eorum fide, & industria gratiam meruere. E quibus maximè illustres fuere ZVRVLI; nam ob rei militaris peritiam super equestrem dignitatem se extulere, & à diuersis Regibus multi Comitatus titulo insigniti, Sanctum Angelum, Nuceriam, quam Paganorum vocant, Montem Aureum, quem adhuc possident, & Solofram tenuere. ad hac Cryptulam, Oppidum, Petragallam, Cancellaram, et amplius triginta alia minora castella. Proximi Zurulis claritate fuere PISCICELLI, qui, ferè amissis duodecim castellis, hodie quoque Rocchettam prope Nuceriam tenent. MINVTVLI verò magis ecclesiasticis, quàm profanis titulis insignes equestrem tantùm dignitatem

egregiè tutati sunt. APRANI Fossacecæ, Andrettæ, & Sancti Martini domini fuisse reperiuntur. TOMACELLI autem tempore Bonifacij IX. illustres breui spatio floruere: nam dominatus peramplos, quos illis gentilis Pontifex procurauerat, eiusdem Pontificis morte perdidere. RELIQVI nunquam mediocrem fortunam, nec equestrem dignitatem excessere, præter Iacobum Galiotum, qui nuper contra Regem Angliæ imperator Gallici exercitus à Francorum Rege creatus, clarissima potitus est victoria. Qui verò nomen Capiciorum retinuere, Salicem, & Guagnanum possedere. Verùm simul omnes tantæ in Sessione Capuana fuerunt semper authoritatis, vt vsque ad hodiernum diem inter optimates censeantur. Gens quidem vetusta nobilitate celebris.

Galioti, Latri, Boczuti, Sconditi.

VINDEX.

OB maiorem dicendarum rerum perspicuitatem sciendum censeo, omnes Capuani Sedilis familias diuisas esse in classes tres: & quasi in totidem curias distributas. quarum vna Capiciorum, alia Caracciolorum, tertia Aientium vulgò dicitur. Sub curia Capiciorum, præter peculiarem Capiciorum familiam, quæ Capicia absolutè nuncupatur, comprehenduntur Minutuli, Sconditi, Aprani, Zuruli, Piscicelli, Galioti, Tomacelli, Latri, Boczuti. Sub curia Caracciolorum continebantur antiquitus complura eiusdem familiæ nomina, vti mox enarrabimus, sed ea omnia hodie aboleuerunt: ac reliqui tantummodo sunt Caraccioli Russi, & Caraccioli Pisquitij. Denique Aientium curia omnes alias eiusdem Sedilis familias

com-

complectitur. Porro an omnes Capiciorum familiæ sint eiusdem stipitis, an diuersæ illæ quidem, sed ad Capiciorum familiam aggregatæ, nondum satis compertum est, nec rationibus à quoquam satis firmis persuasum. Et qui diuersas esse familias contendit, is ducitur exemplo Genuensium apud quos anno nostræ salutis CIƆ.IƆ.XXVIII. plures ex diuersis cognomentis familiæ factæ sunt cognomines,& ad vnam tanquam in Alberghum, vt illi dicunt,redactæ.

Vt vt verò se res habeat,falsa omnino, ac plena erroris est, quæ ab Aelio affertur,ratio: nimirum illam cognominum varietatem vnis obuenisse Capicijs ob effugiendam Caroli I. iram: is enim (Aelius inquiebat) Neapolitani regni potitus insectari aggressus est Capicios omnes tanquam contumaces,sibique rebelles, quòd Manfredi partes nimis præfractè defenderint. Sed vehementer aberrat à vero eiusmodi ratio: tum quia, antequam Neapolim Carolus aduenisset, vulgaris erat, ac tota vrbe peruagata cognomentorum illa multiiuga diuersitas, quemadmodum de qualibet familia sigillatim dicetur:tum etiam quia postulatu impulsuque Pontificis (vt Aelius ipse fatetur) Capicij veniam impetrarunt à Carolo. in quo rerum euentu maximopere ijs expediebat, cognomen sibi vetus assumere, quò compotes esse facilius possent regalis veniæ, ad quam consequendam non cessarunt eodem Capicij cognomento appellari.

In magnas insuper sese tricas conijcit idem Aelius,dum asseuerat,Conradum illum Capicium in Manfredo sectando pertinacissimum, cuius ope-

ra prope factum est, vt Carolus sub Conradini aduentum de Regni possessione deijceretur, fuisse ex Capiciorum familia, Nidi Sedile sortitorum: in quo Sedili nulla vnquam extitit cognomentorum diuersitas, quam in Sedili Capuanæ dumtaxat fuisse constat. Aduersatur etiam Aelio quòd non omnes Capicij à Carolo Rege desciuerint: at qui non defecere in eodem Capiciorum cognomine perstiterunt: neque solùm Caroli gratiam ac beneuolentiam, sed suorum etiam feudorum possessionem retinuerunt, vt testatur instrumentum magnum Anni CIↃ.CC.LXXII. & Fasciculus XII. vbi Conradus & Iacobus Capicij, vtpote qui rebellionem moliti, Regis imperium detrectarunt, suis orbati sunt feudis; eaque Philippo Lerno, Ioanni Diguizonio, alijsque nobilibus Gallis tradita. at Delphinus & Ioannes Capicij cum eorum fratribus, quoniam in clientela, ac fide Regis perstiterunt, sua feuda retinuerunt.

Mihi certè in rebus ab nostra memoria propter vetustatem remotis nec diuinare licet, & tacere quid sentiam libet: sed placet solùm in medium afferre, quod in veteri, calamoque exarato codice legisse me memini. Caracciolorum nempe familia, cùm esset alijs numerosior, ac proinde ad publica munia, maximèque ad Capuanam Plateam spectantia ferè semper adhiberetur; quoties in contentionem disceptationemque veniret quidpiam: siquidem multitudine valebat, ac robore, discedebat plerunque superior: ita vt omnia ad eius arbitrium, ac nutum geri viderentur. Hic gens Capicia multitudine pene par, & æquè fortis ac strenua, quò vi obsistere facilius posset, societatem iniuit

cum

cum alijs diuersarum familiarum. Hi autem initio à factione, & colligatione Capicij nominabantur: temporis progressu quasi ab generis origine Capicij extimati sũt omnes. Affirmat insuper in ipsomet codice idem Author, adhæsisse Capicijs non eas modò, quas supra commemoraui, familias; verùm etiam Baraballos, Bauffos, Paparellos, Pisces, Oleopisces, Tammarellos, Zaccharias, De Dopna, De Dopna Mabilia, De Dopna Vrania: eiusque colligationis publicas tabulas nõ extare, vel quia iniuria temporis perierunt, vel quia priuata potius, quàm publica fuit colligatio. At verosimile videri nemini potest, familiæ Capicijs adhærentes si in vnam coaluissent; eius colligationis, & quasi glutinis nullum vnquam apparuisse vestigium, nullumque extare in præsentia monumentum: præsertim cùm non defuerit, qui de Capiciorum familia accuratissimè scripserit. *Scipio Ametr. Filib. Campan.*

Quæ cùm ita sint: equidem non dubitauerim vulgi sententiæ refragari, atque asserere, Aientium curiam seu classem ex ijs constare familijs, quæ Aientes dicantur, & sint, non quasi post Caracciolos, Capiciosque Capuano Sedili adiunctæ, sed quæ neutram factionem secutæ, ita sua factione connexæ, sibique inuicem conspirantes vocarentur Aientes, hoc est, propria cognomina dicentes. Vt à primigena potius vocis significatione, quàm ab imperitorum hominum interpretandi licentia defluat appellatio.

Sed hæc nomina sunt, illud verò rem tangit, neque ita facilè creditu est, Capuanum Sedile, quod in perueteri, ac præcipua vrbis parte situm, alia minora Sedilia omnino quinque, Sanctorum nimirum

mirum Apoſtolorum, Sancti Stephani, Sancti Martini, Manocciorum, ac Melatiorum complectebatur, ijſque veluti conflabatur, vnam dumtaxat, & alteram familiam à principio fuiſſe complexum. Accedit eodem ipſamet Capiciorum, & Caracciolorum duas in curias diſtributio: cùm enim dubitet nemo, quin binæ illæ familiæ ſuam ab eodem Sedili originem duxerint, non vna ipſis erit cum Aientibus cauſa; ſi modo hæ platearíam originem non ſortitæ, vt in tres Curias diſtinguantur. Adde quòd Aientium familiarum nobilitas æquè antiqua eſt atque Caracciolæ, & Capiciæ. Quis enim noſſe vnquam poterit, quanam ætate Proculi, Siginulphi, Filimarini, Vulcani, Tocchi, Loffridi, Guindacij, Sardi, Tortelli, alijque complures Capuano Sedili adſciti, vel eo prohibiti fuerint, quorum, quæ ad hanc vſque diem extant, monumenta æquæua propemodum ſunt naſcentium Sedilium initijs? Ac ſi aliorum Sedilium exemplis vti licet, præſertim Nidi Sedilis, qui cum Capuanæ Plateæ neceſſitudo, & conſociatio continenter interceſſit; fateamur oportet, illam in Capuana tribu curiarum multiplicitatem priuato potius euentu, quàm ſolenni Sedilium ritu fuiſſe inuectam: cùm nulla vſquam familiarum partitio in reliquis Sedilibus facta legatur: quamuis earum non nullæ ortæ quidem, altæque in Sedilibus fuerint; nonnullæ verò adſcitæ adlectæque. At dicet fortaſſe quiſpiam, nec nullo aſſentiente, Aientes familias eſſe, vocarique adiunctas, quòd è minoribus illis Sedilibus, cùm in vnum coaluerunt, in Capuanam porticum commigrarint. Sed refragatur antiquitas, quæ teſtatur Buccaplanulos, qui inter Aientes in præſentia numeran-

meran-

merantur, iam inde à suis incunabulis in Sedili Capuano fuisse versatos.

Iam vt ad Capicios redeamus. quod ab Aelio scribitur, genus ipsis ab Capy non repetendum, nec expetendum esse, id equidem compertum habeo ex vetusto eius gentis cognomento, quo sanè admoneor, illam non Capiciam, sed Cacapiciam olim indigitari. nam & si cognomentum Capicius, ab Capy deduci posse videatur: Cacapicius tamen insulsè admodum ab Capy conflaretur. Mihi quoque facilè persuadetur, Cacapicios annis ab hinc septingentis recensitos fuisse inter nobiles, iisque perfunctos ciuitatis muneribus, quæ essent nobilium propria: & veritati quidem non inuitè do manus, non illo motus, quod Aelio probatur, diplomate (eius quippe diplomatis fides anceps mihi est, tum quia stylum diplomatum minimè seruat, vt scitè Capacius adnotauit, neque in Neapolitanorum Ducum serie vllus relinquitur Oligamo locus: tum etiam ex ipsa voce CAPICIVS, nec ea tempestate, nec multis post annis vnquam audita) sed inductus integræ fidei tabulis, quibus planè constat, non vnum Cacapiciorum Comestabulum egisse, sed Ioannem [a] etiam imperante Isacio, Marinum [b] imperante Alexio, Henricum [c] & Alexandrum sub Normandis Regibus: quorum tempestate in illo quoque baronum censu Cacapicios fuisse comperio, qui sub annum CIƆ. C. LXXXVII. Gulielmo II. Rege vrgente, ad Terræ Sanctæ expeditionem subsidio venerunt [d]. Verum vbi Sueui Principes Regnum obtinuerunt, eorum partes summo animi ardore secuti Capicij dominatum amplificarunt accessione

In hist. Neap. l. 1. pag. 163.

a *Autog. an.* 1057.
b 1082.
c 1136, *in D. Sebast.*
d 1322. *A. pag.* 44.
e *Anonym. de rebus Manfredi.*
f *Process. Restit. facta per Regem Carolum I.*

sione oppidorum, Atropaldi, [c] Sancti Martini, Suffultæ, Burranici, Guarchisij, Contradisij, Pantanellorum, Sanctique Angeli ad Casale [f]. nec ita post multò alia castella amplius viginti acquisiuere [g]. Sed reliqua Capiciorum cognomina recenseamus.


sub signo I. pag. 106. in Reg. Camera Summariæ.

g *Io: Dominus S. Mariæ, & Balneariæ* 1268. *D. pag.* 68. *Thadæus Dominus Petræ* 1296. *G. pag.* 126. 252. *Petrus Roccæ, & Casalis noui* 1300. *A pag.* 248. *Capicij denique barones Campiæ, Caprilia, Afræ, Lauiniani, Morciani, Cancelli, Casullæ, S. Adiutoris, Torellæ, Tramutulæ, Cursani, Barbarani, Arianelli, Danæ, Pati, Salicis, Guagnani, signatis tabulis recensentur ab Ametr. à pag.* 27 *ad* 32.



DE

DE ZVRVLIS.



ZVrulos, Piſcicellos, Apranos gentem eſſe vnam, eodemque cretam ſanguine, non eadem modò inſignia ipſis communia, ſed ſepulcrales etiam lapides affatim conteſtantur. Legebantur in Cathedrali eccleſia huiuſmodi inſcriptiones.

HIC IACET PETRVS PISCICELLVS ZVRVLVS DICTVS QVARRA DOMINVS FOSSACEGE VIR MILITIE STRENVVS OBIIT ANNO DOM. MCCCXLII. MEN. SEPT. DIE II. IND. II.

Et rurſus.

HIC IACET CORPVS MARTVCII PISCICELLI DE NEAPOLI DICTI ZVRVLI FILII DOMINI BERTHERAIMI PISCICELLI QVI OBIIT ANNO DOM. MCCCXXIX.

Item in Diui Laurentij hodie quoque viſitur.

HIC IACET CORPVS DOMINI MARINI PISCICELLI DICTI DE APRANO MILITIS DE NEAPOLI QVI OBIIT AN. DOM. MCCC. XXVII. DIE MART. II. MEN. IVL. XV. IND. [a]

[a] *Neap. Sacra* pag. 18. 19. 116.


Accedunt publicarum tabularum testimonia, quæ rem produnt eamdem, Bartholomæo, inquiunt, Cacapice dicto Piscicello, qui vocatur Zurulo, filio quondam Domini Petri Cacapice, dicti Piscicelli [b]; Ioanne Capicio Piscicello Zurulo [c]; Marino Piscicello de Aprano [c]; & Bartholomæo Piscicello Zurulo [d] nuncupatis.

Qui verò Zuruli absolutè cognominati, Ioanna I. regnante, mirificè claruere, quæsito sibi siue militia, & fortitudine, siue pacis artibus, & sapientia oppidorum ingentium, ac prope quinquaginta dominatu, cum septem omnino Comitatibus, Burgentiæ, Nuschi, Potentiæ, Sancti Angeli, Guardiæ, Montis Aurei, & Nuceriæ. Adepti quoque sunt supremum Protonotarij magistratum Ligorius, Berardus, Franciscus; & Magni Seneschalci dignitatem Saluator, & Franciscus alter [e]. Hodie reliqui tantummodo sunt Iacobus, Ioannes miles Hierosolymitanus, & Carolus germani fratres, patritijs magis moribus, quàm fortunis spectabiles.

b *Autog. in D. Gaudiosi.*
c *Ametr. p. 11*
d *1302. C. post pag. 30.*
e *Idē Ametr. à pag. 106. ad 116. profert Comitatus, atque oppida Fossacecam, Andrettam, Angrium, Apranum, S. Marzanum, Camporomanum, Turricellam, Salicem, Cryptulam, Altum Ioannis, Oppidum, Cancellariam, Petragallam, Carinolam, Campomoranum, Casaranum, Balneolum, Cilentiam, S. Siluestrum, Carundum, Morum, Montefalconem, Montemillolum, Castrum ad mare, Braſſanū, Morram, Monticellos, Casale Leonis, Roccam, S. Felicem, Candelam, Guagnanum, Castellum, Baluam, Saxum, Turictum, Andranum, Casale Asperum, Solofram, Casale Principis, Cassanum, Roccam Bimontem, Ponticellum.*

DE

DE PISCICELLIS.





PIscicelli cognomen floret Neapoli [a], & in primis celebre eſt : etenim Bartholomæus ille Piſcicellus, qui, Carolo II. Rege, iure ſuo dominabatur in oppido Campo Claro, in ipſamet vrbe Neapoli clientes habuit [a]. quò clarius conſtare videtur, iam inde ab Normandorum Regum ætate (certè neminem poſt id tempus legimus eiuſmodi dominatu fuiſſe auctum) Piſcicellos vaſſallorum ditione mirum in modum inclaruiſſe. At multo magis excelluere ſub Franco-Neapolitanis, & Aragonenſibus Regibus Thomas [b], Bartholomæus [c], & Ligorius [d] Prouinciarum præfecti, aliique Barones oppidorum Grotteriæ, Quinquefrondium, Muſſuti [e], Montemilluli, Saxi, Aprani [f], Foſſacecæ, Taciti [g], Roccabimontis [h], Tramutulæ, Maſſafræ [i], Sancti Angeli de Limoſano, Ciuitauetulæ [k], Andrettæ [l], Petræ Abundantis, Campi Iouis, Piczi, Griciniani [m], & Roccettæ. His adde doctrina, & probitate illuſtres viros, Raynaldum Neapolitanum Archiepiſcopum, & Cardinalem [n]; Salernitanos Archiepiſcopos, Nicolaum in eius eccleſiæ Antiſtitum ſerie XV. Nicolaum XXXVII.

a *Campan. pag.* 188. 189.
b 1331. *A. pag.* 265. 392. 397.
c *Iuſtit. Apr. cit. Campan. ibidem.*
d *Iuſt. Princip. vlt.* 1345. *G. pag.* 2.
e *Albericus ex cod. Campan. & Ametr. pag.* 198.
f *Thom.* 1331 *A. pag.* 265. 392. 397.
g *Ioan.* 1343. *L. pag.* 58. 97.
h *Hector. in Cancell. Com.* 7. *Alph.* 1. *pag.* 13.
i *Anton. Priuil.* 1. *Regis*

Nicolaum XXXIX. o Robertum Archiepiſcopum Brundusinum, Iacobum Epiſcopum Lupienſem, ac Scipionem Troianorum Epiſcopum. p

Fe[illegible]nandi pag. 1[illegible]6. k Piſcicella de Piſcicellis Priuil. 21. eiuſd. Reg. pag. 155. l *Berardus. Priuil. 3 an. 1485. pag. 180.* m *Thom. & Marin. Campan. pag. 198. 202.* n *Alph. Ciac. ad an. 1456. pag. 1196. E.* o *Gaſpar Muſca pag. 42. 51. 52.* p *Ametr. & Campan.*



DE

DE MINVTVLIS.



GEneris militaris claritudinem profanis sacrisque titulis Minutuli insigniter cumularunt: siquidem in illo militum, & feudatoriorum albo recensentur, qui Manfredo Regi, cùm Romano Pontifici Alexandro, eius nominis IV. bellum inferret, præsto fuere [a]. Mox etiam regni Prouincijs administrandis adlecti sunt Lanza, Landulphus [b], Ioannes, [c] & Ligorius [d]. Postmodum verò Daunos, Velinos, Salentinos, Peucetios, ac Brutios moderati sunt Theodiscus [e], Gurrellus [f], Riccardus [g], Philippus [h], Martuccellus [i], & Petrus [K]. Ex his Landulphus, quòd cum Nicolao Filimarino contra rebelles Siculos fortiter dimicasset, ab Rege Carolo II. donatus est oppidis, Campora, Posta, Sancto Donato, Alberto, & Septemfratribus [l]: fuitque muneris consors, qui re strenuè gesta se parem illi præstiterat, Nicolaus. Ad hæc Minutulorum alij Nauianum, Milisanum [m], Iulianum [n], Paschazolam [o], Casullam, Sanctum Adiutorem [p], Sflichium [q], Ciuitatem [r], Spinosum [s], & Valentinum [t], quod adhuc reti-

a *Landul. & Ligorius in edit. monum.*
b *Iustitiarij Capitinatæ 1294. L. pag. 171. ater.*
c *Iust. Princip. 1295. B. pag. 347.*
d *Iust. Terræ Bari. Fasc. 2. pag. 257. an. 1297.*
e *Iust. Capit. 1343. G. pag. 120. ater. 1346. A pag. 129.*
f *Iust. Terræ Hidr. Arca C. man. 36. an. 1343.*
g *Iust. eiusd.*


retinent, possedere, Oppidum Castropinianum, quod maioribus suis cognomen indiderat, Thomasia, quem modò memoraui, Theodisco Minutulo dotis nomine detulit [u]: Ioannes verò cum Sofridinæ de Tufo coniugio Clusano, & Puppano potitus est [x]. Pari porro nobilitate præstantibus viris Minutulæ feminæ in matrimonium traditæ sunt: Margarita Hugoni de Sancto Seuerino, Potentiæ Comiti nupta: Ioanna Iacobo Filingerio, Comiti Abellinatum: & Antonella Nicolao Antonio Zurulo, Comiti Burgentiæ [y]. Eamdem prosapiam sacris titulis exornarunt Henricus Cardinalis [z], & Philippus [a], ambo Neapolitani Archiepiscopi: duo item Archiepiscopi Salernitani Philippus, & Vrsus [b].

Prouinciæ 1343. 1344. *E.pag.*51.70. *ater.* h *Ibidemque Iustit.* 1344. *A.pag.*128. i *Iust. Terræ Bari* 1383. *B.pag.*159. K *Iust. Calabriæ.* 1347. *pag.*240.*ater. Postmodum Aprutij vlt.* 1352.*F.pag.* 205. l 1303 1304. *A. pag.* 121. 1305.1306. *A.pag.*99.*ater.* m *Nicolaus* 1392.1393. *pag.*79 *ater.* n *Princiuallus* 1400 *A.pag.*430. o *Tutia* 1417. *pag.*430. p *Barnab. Fasc.* 11. *pag.*169.*an.*1405. q *Franciscus* 1415.*pag.*77. r *Gurellus, & Aloys. In Cancell.pecun.*2.*pag.*72.*an.*1443. ſ *Antonel.ibid.priuil.*1.*pag.*2.*an.*1478. t *Lisulus* 1417.*pag.* 2. u 1343.*E.pag.*88.120. x 1316.*B.pag.*45. y *Ametr. pag.*82.83. z *Alph.Ciac.ad an.*1389.*pag.*1022. a *Barth.Chiocc.pag.*18. 249. b *Gaspar Musca pag.*45.48.



D E

DE APRANIS.




APranos ab Aprani vici dominatu [a] cognomentum accersiuisse familiæ suæ inde conijcio, quòd & Piscicellorum cognomentum professi sunt antiquitus, & hodie quoque gentilitium eius gentis stemma vsurpant. Sed palam vt fiat, Apranos antiquioris fuisse cognominis, ac nominis multò clarioris, quàm qui Aelio visi sunt, in medium proferam Henricum, Ligorium, & Cæsarium Manfredi & Caroli I. Regum tempestate bonis feudalibus locupletes, & gradu militiæ præcellentes [b]. Item Apranos Hortonæ, Carreti [c], Sancti Marzani [d], Lauiani [e], Fossacecæ, Sancti Martini, & Andrettæ [f] Toparchas: ac tandem Iacobum qui se adeo Roberto Regi puritate fidei, ac rerum agendarum peritia probauit, vt vnicè delectus sit ad Genuensium Remp. Regis nomine curandam, cum annuo trium vnciarum millium stipendio [g].

a *Roger. succedit Cæsario patri suo in dominatu Aprani 1274. B. pag. 184.*
b *in edit. monumentis.*
c *Henr. 1314. B. pag. 2.*
d *& pag. 185. eiusd. Regesti*
e *Franciscus 1390. B. pag. 131. ater.*
f *Ex Aelio*
g *1324. C. p. 153. 1329. 1330. B. pag. 5. ater.*

DE

DE TOMACELLIS.



TOmacelli ob veterem bonorum feudalium possessionem, & militarem dignitatem nobiles quidem fuerunt à principio [a]. Mox verò Perrhinus (is fuit Bonifacius IX) in summum Pontificatus fastigium euectus proceres fecit; altero germanorum fratrum Vrbeuetano, Spoletanoque Duce renunciato; tradita alteri Anconitanæ Marchiæ dynastia cum appellatione Marchionis. Illos quoque Ladislaus Rex, eodem adnitente Pontifice, multis magnisque oppidis subinde muniuit, ac præter Magni Cancellarij dignitatem, donauit Altamuræ, ac Monopolis Principatibus: Minerbinij item, Alberi, Arpini, Calium, ac Nuceriæ Comitatibus [b]. His tamen Pontificij fauoris ornamentis antecesserant (certiora virtutis indicia) perhonorifica Cobatio Tomacello ab Rege Carolo I. demandata legatio ad Clementem IV. Pontificem [c]; ingensque oppidorum dominatus: sunt illa, Sanctus Maurus [d], Gironum [e], Mons Apertus, Mancusij, Sancta Maria in Grisonibus, Sanctus Nicolaus ad Carrisios [f], Portocandonum, Baianum [g], Filecta, Sflichium, atque Plaizanum [h].

Nec

a Landulph. Barthol. Sergius, Andreas milites feudatarij sub Manfredo Rege in editis monumentis, et Delphinus sub Carolo I. ibidem.

b 1309. *A.* *pag.* 14.

1392. 1393. *pag.* 163.

1400. *A. pag.* 137.

Constan. lib. 1. *pag.* 252. *& lib.* 11 *p.* 264.

Ammir. p. 11.

Sansou. pag. 251.

Cypr. Manen. par. 2. *ad an.* 1402.


Nec desunt qui Cibos, suo quoque Pontifice Innocentio VIII. ac Massæ, Carrariæque supremo cum imperio principatu apprimè illustres ab eodem, ac Tomacellos generis fonte deducant [i]. quod mihi ad liquidum non exploratum dictum indictum sit. Certè vnum vtrisque est symbolum gentilitium; & mutuis, quas mihi Pompeius Tomacellus, Clusanensis Marchio ostendit, litteris communionem vtrique sanguinis profitentur.

c 1268. *p.* 6.
d *Perrbinus*, 1288. *C. pag.* 307.
e *Iacob.* 1314. 1315. *A. pag.* 54.
f *Bartholom.* 1382. *B. pag.* 14. 70. 161.
g *Hermenganus*. 1390. *B. pag.* 3. h *Robertus* 1404. *pag.* 88. 93. i *Ametr. pag.* 8. 11. *Vialard. in vita Bonif. IX. & Innoc. VIII. Summorum Pontificum.*



D D E

DE GALIOTIS.



Galiotos non vnus extra ordinem Iacobus extulit. At Iacobum Caroli VIII. Francorum Regis Generalem Ducem, qui Britannicum militem ad Fanum Albini secundo prælio profligauit, antecessere Iacobus feudatarius miles, Manfredi Regis in Romana expeditione beneficiarius [a]; Iacobus Luniani, & Carminiani Baro [b]; Iacobus item Barensis Archiepiscopus, quem Rex conficiendo matrimonio inter Carolum Martellum, & Rodulphi Romanorum Imperatoris filiam legatum adhibuit [c]. His adde Galiotos perplures, qui oppida non pauca dominatu tenuerunt suo, Monteronum, Afragolam, Ponticellum [d], Casalectum, Monastauracium [e], Sanctum Maurum, Serpicum [f], Sclauos [g], Sanctum Stephanum, Sorbum [h], Casafrigidam [i], Monteuairanum, Trentulabusam, Baronellos, Castropiczutum, Sanctum Martinum, Longanum [k], Brancaleonem [l], & Cancellum [m].

a *In edit.mon.* b 1305. *E. p.* 149. 1308. *E. pag.* 19. c *Constan lib.* 3. *pag.* 66. d *Gualterius.* 1319. *C. pag.* 97. 1340. *A. pag.* 80. e *Henricus* 1315. *A. p.* 3. f *Franciscbettus* 1382. *pag.* 248. g *Hector.* 1419. *p.* 290. h *Carolus* 1463. *Ametr. pag.* 70. i *Ferdinand. Autog. in D. Sebast. fasc.* 16. *an* 1468. k *Nicol. Ex eod. Ametr. pag.* 71. l *Angelus. In Cancell.* 1469. m *Ioannes. Ex eod. Ametr. ibid.*

DE

DE SCONDITIS.




COgnomentum, Sconditus, peruetus est, multòque ante Caroli I. Regis aduentum oppidò nobile [a]. Complures huius familiæ milites feudatarij Manfredi Regis armis se authorauere anno CIↃCC. LX. [b] Ioanna verò I. Regina, Petrus Pontem Landulphi (id nomen est oppidi in Samnio) tenuit [c], & Iacobus aliquot post annis Camporam, & Ripam indeptus est. [d]

a Autog. in D. Georgij meminit Gregorij filij quondam Domini Sergij Sconditu sub Frid. II. Imp. anno regni eius Siciliæ. 11. b *Ligorius, Petrus, Simonellus, Andreas. in editis monumentis.* c 1346. *C. pag.* 16. d 1384. *A. pag.* 43.



DE LATRIS.



QVam non vni Capiciorum familiæ attribuit Aelius, mediocrem fortunam, eam Latri excessere possessione castellorum ab anno iam CIↃ. C. LXXXXVII. quo anno Petrus Latrus Kere, Saxum, Ciuitauecrem, Golitam, & Casale Vulgare, Pontificiæ ditionis oppida tenuisse legitur [a]. At sub Neapolitanis Regibus continenti vassallorum dominatu iam inde ab Caroli I. temporibus vsque ad Fridericum Regem plerique præstitere: nam & Guardia Bruna [b], Rocca Episcopi [c], Fragina tum Superiori, tum etiam Inferiori [d], Castro Ionathæ, Castro Gironis [e], Plancia [f], Cardeto Pareta [g], Monte Caprario [h], Monfortio [i], Casulla, & Sancto Adiutore [k] potiti sunt. Omnibus Floridassus, Regni Marescallus armorum gloria, & virtute antecelluit. Illum inter primos aulæ milites summo loco Ladislaus habuit, ac munia obire iussit (vt regiæ testantur litteræ) *Vicemgerentiæ Iustitiariatus Castellaniæ Capitaniæ ad iustitiam, & ad guerram, atque etiam galearum* [l]. Illum etiam Nucceriæ Paganorum, Tramontis, & Minoris dynastiæ, vita perdurante, præfecit [m]: eoquedem or-

a Lib. Cencij Camerarij de Censibus R. E. in Episcop. Portuen. et in Carthula refutationis Petri Latri, atq; nepotis.
b Gulielmus Fasc. 92. pag. 274. an. 1289.
c Iacob Fasc. 41. pag. 110. sub Carolo I.
d Philip. 1284 C. pag. 7. 1306 C pag 19.
e Thomasia. 1413. p. 263.
g Blãca. 1302 H. pag. 171.
h Oderisius, & Ciccus. 1636. A. pag. 262.

demortuo, præfecturam Roberto filio deferri voluit cum amplis donarijs ac largitionibus quinque aureorum millium: quibus ille auctus, ab Roberto de Aquino Laureti & Satriani Comite mercatus est feuda Pennonem, Cancellariam, & Baroniam Comitis in agro Nucerino [n].

i *Verdella. Fasc.* 74. *pag.* 32. *an.* 1428. k *Anton. an.* 1488. *Ametr. pag.* 75.

l 1400. *A. pag.* 59. *ater.* m 1398. *pag.* 98. n 1400. *A. pag.* 41. *ater.*



DE

DE BOCZVTIS.



a 1382.1383. pag 44. b 1398. p.73. c 1419.1420. pag.39. & autographis 1418. die 21. Apr. 1420. die 21. Maij. d Act. Not. Iacob.Ferrilli 1448. die 5. Iul. e 1444. p.47. f Quinter.II. pag. 196. an. 1495. g Act. Not. Ambr. Casanouæ. 1477. die 11. Maij.

ANte quàm Aelius sua scripta proderet, sexdecim omnino castella Boczuti iam possederant. Etenim, Ioanna I. Regina, Palamedes dominabatur in oppidis Rosito, & Caloginario [a] : ac per idem tempus Ioannes Baro erat Fractæ Minoris [b]. Aragonensibus verò Regibus, Nicolaus Chrisoliam, Petraperciatam, Vigianellum, Roccam Siccam, Castromarolum, Oliuetum, Liameronium, & Perticaram tenuit [c]. Tenuere quoque Coraczanum Andreas [d]; Caiuanum, & Lusitum Nicolaus Maria [e]; Casapuczanam [f], & Afragolam [g] Cæsar Maria. Sed multò ante, hoc est, iam inde ab anno CIↃ.CC.LX. Boczuti extiterant bonis feudalibus, & militiæ balteo insignes [h]. His verò qui successerunt, commendati sunt, Nicolaus ab administratis Prouinciarum præfecturis [i]; ab armorum studio Iacobus, & Colutius. de quibus, quæ perstant in Templo Maximo, marmorea monumenta ita loquuntur.

h *Io: in edit. monum.* i *Iust.Basil. Arca H.24.an.1309. & Calabriæ an.1319 Fasc.4.pag 99. & Terræ Hidrunti.1321. A.pag.69.*

HIC

HIC IACET EGREGIVS MILES IACOBVS BOCZVTVS QVI FVIT DE SOCIETATE STELLAE ILLVSTRIS DOMINI IOHANNIS REGIS FRANCORVM ET COLLATERALIS ET CONSILIARIVS INCLYTI DOMINI LVDOVICI DVCIS DVRACII.MCCCLVII....

Itemquè

HIC IACET STRENVVS MILES COLVTIVS BOCZVTVS FILIVS EIVS QVI FVIT DE SOCIETATE NODI ILLVSTRIS LVDOVICI REGIS SICILIAE QVEM NODVM IN CAMPALI BELLO VICTORIOSE DISSOLVIT ET DICTVM NODVM RELIGAVIT IN HIERVSALEM QVI OBIIT ANNO DOMINI MCCCLXX. DIE VIII. MEN. SEPT. IX. IND.

Floruit etiam Ludouicus Neapolitanus Archiepiſcopus anno CIↃ.CCC.LXXVIII. K

K *Chiocc. in Archiepiſcop. Neap. p.242.*

DE

DE CARACCIOLIS HELVETIIS.



AELIVS.

FEdericus Aenobarbus Imperator, magni vir animi in Italiam veniens, vbi animaduertit omnem eam authoritatem in Italiæ vrbibus, quæ veterum Imperatorum esse solebat, penes Romanos Pontifices esse: Cæsarisque titulum vmbratilem & vanum; priscum Imperij decus recuperare adortus, Italiam omnem obequitans, cunctis in vrbibus, in quibus maximè venerabile Pontificis nomen esse cognouerat, aliquos è suis proceribus reliquit, qui Imperatorijs partibus adhærentes fouerent, & Ecclesiæ fautores opprimerent. Erat eo tempore Neapolis Pontificio nomini vehementer addicta. quocirca versutus Imperator, vt eam ad se conuerteret, Caracciolos, quos Heluetios dicunt, quia Heluetij natione erant, & inter primos aulæ suæ principes, in ea reliquit. qui breui ostendentes ceteris ciuitatis principibus quantò maiora expectari possent præmia ab Imperatore potentissimo, quam à paupere Republica, omnem fere nobilitatem ad partes Imperatorias traxere. Hi fuere quatuor fratres, e quibus maiorem, Caraccium vocatum ferunt. quod mihi verosimilius videtur,

detur, quàm id, quod vulgò dictitant; Imperatorem ciuitati scripsisse verba hæc: Caros habeas, Cari haggili; *Caracciolos eos appellandi causam dederit. alterum fratrem Conradum, à quo Aquanina gentis principes fluxisse, sunt qui velint. Cui famæ adstipulatur insignium identitas, & Conradi nomen in vtraque familia ab antiquis vsitatum. Sed ad Caracciolos redeamus. Hi, viuente Federico, tantum sibi beneuolentiæ apud Neapolitanos conciliauere, vt etiam, eo mortuo, pristinæ dignitatis gradum retinuerint. Henrico deinde VI. & Federico II. Cæsaribus, Conrado & Manfredo; item Primo & Secundo Carolo Regibus, licet multi in hac familia domi forisque clari extiterint, neminem tamen equestrem dignitatem excessisse inuenio. Roberto demum Rege Pisciottam, & alia aliquot in Ferentanis, Hirpinisque castella tenuere vsque ad Ioannæ II. tempora: quibus Sergiannes Caracciolus, vir sanè memorabilis in hanc, quam videmus, altitudinem familiam extulit: multò maiora facturus, si manus inuidorum effugere potuisset. de quo pauca fortasse non ingrata legentibus differam. Carolus Caracciolus, quem à lateris vitio Tortum appellabant, è primoribus huius familiæ genitus, cum paupertate premeretur, nec militiam sequi more maiorum ob corporis imbecillitatem vllo modo posset, tabellionis officium exercere coactus est: quod non erat illa ætate vt nostris temporibus spernendum. eaque fide atque integritate illo in exercitio se gessit, vt non modo laudem, verùm etiam non mediocres diuitias sibi pepererit. quas mirum in modum auxit, tradita Francisco filio maiori Isabella Sarda, Lanfranchi Sardi, Pisani mercatoris filia, cum amplissima dote. qua ditior effectus Franciscum auratæ militiæ equitem, & Gualterium alterum filium Cusentiæ*

Præsulem fieri curauit. Ex hoc Francisco & Isabella nati sunt Sergiannes, Marinus, Vrbanus, duoque alij obscurioris nominis; item & sorores quatuor: è quibus, postea Sergianne rerum potiente, vna Nolano Comiti, Sarnensi altera nupsit. Sergiannes verò pubertatis annos egressus, militiæ se addixit Ladislai Regis fortissimi auspicijs: breuique tempore morum integritate, animi præstantia, militarique virtute effecit, vt Regi admodum carus, & cunctis aulæ regiæ proceribus maximè amabilis esset, & videretur. Nato mox inter Ladislaum, & Florentinos bello, equitum turmæ præfecturam summa cum laude gessit. hinc fama, & dignitate, & Regis sui gratia auctus Neapolim reuersus, Catharinam Filingeriam, Auellinensis Comitis filiam vxorem duxit. quæ postea, defunctis fratribus, Auellinensem Comitatum in Caracciolam familiam transtulit. Ex quo videri potest, prima dignitatis suæ fundamenta fuisse Ladislai Regis tempore sua virtute iacta, & non Reginæ Ioannæ gratia, vt vulgò prædicant. Mortuo deinde Ladislao, Sergiannes Reginæ vsque ad infamiam carus, sibi Venusiæ Ducatum, Marino fratri Sancti Angeli Comitatum peperit; ceteris gentilibus innumera oppida, atque castella, nobilissimas cognationes, amplissimos magistratus procurauit. Hinc in Marrucinis, ac Ferentanis tot castella à Marino Caracciolo adhuc possessa. hinc Marsici Veteris, & Auigliani Domini. hinc Burgentiæ Comites initium habuere. Ipse verò, licet Capuam pluribus annis possederit, modestia vsus nunquam passus est, se Principem appellari. Verùm moriens Traiano filio Venusiæ Ducatum, & Auellini Comitatum reliquit. Traianus verò Venusiæ loco, quam Gabrieli Vrsino cedere coactus fuit, ab Alphonso Rege Melphiam sub eodem titulo habuit. Hi Ioannem, & Iaco-

Iacobum genuit: Ioanni Melphiam, Iacobo Auellinum reliquit. Ioannes Traianum II. genuit, virum, quem videmus, omni virtutum genere illustrem; qui paterno, auitoque titulo non contentus, à Ferdinando Rege Principatus titulum assumpsit: & hodie miro splendore atque magnificentia egregiè ipsum tuetur. Hæc de Heluetijs Caracciolis dixisse satis. transeamus ad Rubeos.

VINDEX.

CAraccioli tot diuersisque cognominibus internosci consueuerunt antiquitus, vt idem alijs familijs vsuueniste ægrè comperies. Hinc alius appellatus est Ruffus, alius Pisquitius, non nemo Carrafa: alius atque alius dictus est Baniosus, Conte, Cainellus, Thodiscus, Marmazzus, Curtus, Barba, Laborator, Isernia, Armagnus, Spiculus, Berdisca, Tuzzillus, Salla, Rumbus, Marinoccia, Cannella, Caforus, Guzus, Porta, Hungarus, Caterellus, Folla, Cauotus, Pessimus, Sardus, Hungoth,

Petrus dictus Baniosus Fascic.12.p.137 Caracciolus dictus Conte in edit.monument. qui ex hist.m.5. Cæsar.Pagani appellabatur Philippus. Nicolaus dictus Cainellus Fasc.73.pag.15.1382. Io:d.Thodiscus 1292. A.257. Marinus d.Marm.1381.p.111. Landulph.d.Curt.1345.B.164. Petr.Matth.& Io.dicti Barba in inquisit.Baronum an.1275.in Reg. Cam. Nicolaus d.Labor 1335. C.pag.302. Io:d.Isernia Fasc.22.pag.2.sub Carolo II. Landulph.d.Armagn. 1382.1383 pag.213.àter. Martucius d.Spiculus Arca D manip.26. Io dict. Berdisca 1306.D.pag.186. Loysius d.Tuzzil.1346. B.pag.94. Io:dict. Salla 1384.pag.105. Ricc.d.Rumbus.1321.1322.A.pag.19. Marinus d.Marinoc. 1381.pag.111. Landulph.d.Cannella.1304.A.pag 107. Io.d Caforus 1352. F.pag.11.Gualt.d.Guzus 1321.A.pag.205.Franciscus d.Porta 1406.p.126. Philip.d.Hung.1401.pag.203. Nicol. d. Caterel.1391.1393.pag.107. Io.d. Folla 1384.pag.105. Maria d.Cauota.1383.pag.90.& 71. Iacob.d.Pessimus 1317.1318.B pag.4 Landul.d.Sardus 1300.1301.B.pag.436. Carol.d.Hungoth 1428.pag.405.àter.

Mar.n.d.Cassan. 1347. F. p.213. Sichelgaita d.Cassanella. Arca C. manip.36. an. 1349. Henr. dict. Stifasius 1382.1383.p. 185. Bartholomaus dictus Marzil. 1313 1314. A. pag. 130. Tobias d. Mossut. 1419. 1420. pag. 84.

Cassanus, Cassanellus, Stifasius, Marzillus Mussutus, Monachus, Viola, Cutrofellus, Mazzandronus, Speronus, Pisciotta, Paparonus, Saccapannus, Bullonus, Colessa, Cobessa, Petraconus, Grugnus, Poeta, Fucillus, Zellusus, Simeonus, Farina, Nasillus, Baronus, Catapanus, Capuccinus, Beuarinus, Policillus, Gambatesa, Mansus, Galluccius, Bebe, Carnecchia, Ingrillus, Catania, Tocchus, Cutella, Vita, Manella, Siluanus, de Cimbro, Caldarellus, Framartinus, Iannonus, Cazola, Mastarus, Pollitrus, Panella, Pecorus, Tornapardus, Pollerius, Marucza, Spionus, Ianuilla, Longottus, Iuuenis, Mannauinus, Senior, Bictorinus, Pizzante,

1410. pag. 107. Melchior dictus Monachus. Iacob. dict. Viola. Fasc. 86. pag. 159. àter. an. 1326. Io: dict. Cutrofel. 1314. C. pag 40. Berard. dict. Mazzand. 1328. M. pag. 24 ater. Henr. dict. Speronus 1384. pag. 185. Gualt. d. Pisciotta, Petrus dict. Paparonus. in edit. monum. Landul. dict. Saccapan. 1305. F. pag. 147. Philip dict. Bullon. 1327. 1328. A. pag. 110. àter. Iacob. dict. Colessa, & Cobessa. 1381. pag. 254. Petrus d. Petracon. 1382. 1383. pag. 203. Ricc. d Grugn. 1340. A pag. 188. Franc. d. Poeta 1400. A. pag. 126. Matth. d. Fucillus 1343. 1344. C. pag. 247. Nicol. d. Zell. 1400. B. pag. 60. Marinus d. Simeonus 1442. 1443. pag. 66. Petr d. Farina 1419. 1420 pag. 162. Franc. d. Nasil. 1324. 1325. B p. 72. Franc d Baron. 1346. A. pag. 78. Nicol. d. Catapan. 1400. B. pag. 91. Marin. d. Capuccin. 1417. pag. 130. Marin. d. Beuarin. 1390. p. 133. Matth. d. Policil. 1410 pag. 32. àter. Rabo d. Gambat. autog. an. 1292. in D. Sebastiani. Io d Mansus ibid. aut. an. 1257. Marin. d. Galluc. ibid. ex Repertorio. pag. 177. Malfridus d. Bebe ibid. pag. 239. Caraccioli, Carnecch. Ingril. Catan. Thoc. Cutel. Vita, Manel. Siluan. Opusc Camilli Tutini de Orig. Sedil. pag. 106. Gualt. d. de Cimbro aut. in D. Dominici. Camillus d. Caldarel. in Proces. Galluciorum cum Sedili Nidi. Aloysius d. Framartinus an. 1447. in Processu Regij Fisci cum Matth. Piscicell. Franc. d. Iannon. in Proces. Vrsina Guindacia in Banca Font Caraccioli dicti Cazol. Mastar. Pollit. Panel. Pecor. Tornarp. Poller. ex Scholij Ducis Guardiæ in Scip. Ammir in hac fam. Gurellus d. Marucza, & Franc. d. Spionus an. 1377. ex tab. Extaurita S. Petri Plateæ Arcus. Caraccioli dicti Ianuil. Longot. Iuuen. Mannau. Sen. Bictor. Pizzan. ex Chronol. Franc. de Petris pag. 138.

Marti-

Martinus, Tortus, Defunctus, Bis, Sfresatus, Ticchella, Senescallus, Zoppus, Sclauus, Pulex, Mugnellus, Siccus, Blancus, alij denique aliter.

Neque nominum modò, sed insignium quoque diuersitate discriminari vsque adeo collibitum ipsis fuit, vt supra quadraginta numerentur Cacciolæ gentis tesseræ gentilitiæ. Verùm obliteratis omnibus, quæ modò recensuimus, cognomentis, tria illa dumtaxat Russus, Pisquitius, Carrafa adhuc persistunt, quæ gentem omnem in Caracciolam Russam, Caracciolam Pisquitiam, & Caracciolam Carrafeam diuidunt. Pisquitiam in Heluetiam sono quodam vocum vel affinitate vulgi corrupit inertia. Ex Carrafea verò prosapia, omisso Caracciolo cognomento, alij de Spina, alij de Statera nuncupantur, statera, seu spina scutarijs iconibus appensis. Ne autem à proposito videar aberrasse, hæc ideo adnotasse scito, mi Aeli, vt ostendam Caracciolorum neminem fuisse vnquam Heluetium vocitatum. Verùm, vt tandem aliquando mihi adstipuleris, sua illos ibi sortitos esse incunabula, vbi virtutis & gloriæ auctibus adoleuerunt; ex antiquitatis puluere Caracciolos aliquot effodiam, qui pluribus ante seculis, quàm Fridericus Aenobarbus ad imperij culmen eueheretur, in Neapolitana nobilitate floruerunt. Cùm Græcis Imperatoribus parebat Neapolis, sub Constantino Cæsare *Maria filia Domini Pandulphi Caraczuli* Diuùm Seuerini, & Sosij cœnobium terrarum muneratione ditauit [a]. auxitque postmodum suo ære Petrus sub Ioanne Porphirogenito [b]. *Theodenanda item filia Domini Theodori Caraczuli* [c] anno (vt aptè colligit Ammiratus [d]) IϽ. CCCC. LXXVII.

San-

Io: d. Mart ex tab. D. Dominici de Suessa. Carolus dict. Tortus ab Aelio hic. Anton. d. Defunc. ab Ammir. p. 107 Anton. d. Bis. Nic. Anton. d. Sfresat. Nicolaus dict. Ticchel. Marinus dict. Senescal. Michael dict. Zop. Io: dict. Sclau. Gurellus d. Pulex. Marin. d. Mugnel. Ciccus d. Siccus. ex scripturis olim D. Bartholomæi Carac. nunc apud Principem Atinæ. Carac. Blanc. extincti in Nido Sedili.

a *Tabul. D. Seuerini autog. signat. n. 790.*
b *Ibid. autog.*

signat. n.368.
c Tabul. D. Sebast. aut. sign. figura Leonina.
d In Caracciolis Russis pag. 108.
e Autog. sign. nu. 920. in D. Seuerini.
f Ibid. autog. sign. n. 30.

Sanctorum Sergij, & Bacchi templo, quod Theodoro, & Sebastiano martyribus subinde addictum, ruris Caracciolani partem dono dedit. Quibus illi donationibus verè se probauere cùm diuitiarum amplitudine, & pietate erga Diuos insignes; tum etiam Neapolitanæ vrbis ciues, & incolas multò vetustissimos. His adde Caracciolos duos, Landulphum anno CIↃ.C.XXXI. non paucis fortunæ bonis Neapoli prædiuitem [e]: & Ioannem eius filium, vrbis Comestabulum, qui, Gulielmo regnante, fundi de Viticella actionem cum Diui Seuerini monachis transegit [f].

Ac licet Aeliana de Caracciolorum origine opinatio infirma sit atque delumbis, cùm nec vlla fulciatur tabularum stabilitate, nec vlla testium authoritate nitatur: eam tamen nihil est, quod funditus magis euertat, quàm, quod ipsemet Aelius adornauit, commentum de Caracciolis fratribus ad Neapolitanam Rempublicam à Friderico legatis, vt sua illi suggestione animos ciuium ab Ecclesiæ Romanæ factione ad imperij partes fouendas, tuendasque traducerent. Quid enim dici, aut fingi ridiculosius potest? Fac Neapolim ante annos nongentos, cùm ab suis Ducibus curabatur, ciuitatem fuisse liberam, ac nemini Principum mancipatam (quod ego, homo patriæ nihilominus amans, quàm Aelius, exertè negauerim) certè libertas reciderat vrbis, quam iam pridem Reges habuere: & quo temporis puncto Fridericus ex Duce Sueuiæ lectus est Cæsar, eodem Gulielmus Rogerij filius in hac parte Italiæ, quæ in præsentia est omnis diuisa in Sicilias duas, Regis titulo imperitabat.

Nec

Nec minimùm abeſt à vero reliqua Aelij narratio, ſcribentis, Piſquitios non ante Robertum Regem ad oppidorum dominatum adſcendiſſe. nam prætereo Landulphum, regnantibus Normandis, extitiſſe Montis Marani Comitem [g]. Mitto vetuſtiſſimos Foſſacecæ toparchas, qui multò ante, quàm Robertus regnum iniuiſſet, ab eo oppido cognomen mutuati iam fuerant [h]. Taceo Piſquitios alios Caroli I. Regis tempeſtate Barones ſiue Caſtellionis, Andranique in Iapigia [i]; ſiue Turris [k], ac Ripalongæ in Peucetia [l]; ſiue Petræ Abundantis in Samnio [m]. Neque vlla ratione diſſimulandus eſt, quem Aelius ipſe producit, Piſciottæ dominatus, multò ſanè antiquior Roberti regnantis ætate. Autographi fidem prouoco hunc in modum pro me opportunè teſtantis. [n]

Domino Ligorio Carachiulo de Neapoli, & uxori ſuæ fuit reſtitutum per Dominum noſtrum Regem (is erat Carolus I. Rex) *poſt felicem aduentum ipſius caſtrum Piſchiottæ, cum vaſſallis ibidem habitantibus, & cum demanijs, iuribus, prouentibus, rationibus, redditibus, tenimentis, & pertinentijs omnibus ipſius Caſtri. quod caſtrum fuit quondam Domini Bartholomæi de Alicio, qui fuit pater dictæ uxoris dicti Domini Ligorij, & fuit exul tempore rebellionis Capuacij: & propterea Imperator Fridericus fecit ipſum caſtrum ad manus curiæ reuocari. & poſtmodum Princeps Manfridus conceſſit ipſum caſtrum Domino Amico, militi Comitis Galuani, qui tenuit ipſum caſtrum vſque ad aduentum Domini noſtri Regis, & veniente Domino noſtro Rege, fuit reſtitutum prædictum caſtrum per eundem Dominum noſtrum Regem Domino Ligorio, & uxori ſuæ prædictis.*

g *In D. Sebaſt. aut. ſign.* 144. *B.*

h *Sinibaldus, & Hugolinus de Foſſaceca.* 1239. *pag.* 90. *Io. Caracciolus Dominus Foſſac.* 1272. *A. pag* 129. *at.*

i *Raynaldus* 1278. *D. p.* 12.

k *Lipp.* 1272. *B. pag.* 38.

l 1271. *B. pag.* 159.

m *Landulph.* 1306. 1307. *B pag.* 23.

n *Proceſſ. reſtitut. ſign. lit. I. pag.* 59. *in Regia Cam. Sum.*

Neque

Neque quicquam habet cum veritate affinitatis, quod de matre Siriannis Caraccioli idem subnectit Aelius, nimirum illi nomen fuisse Isabellam, cognomento Sardam, filiam Lanfranchi, nescio cuius negotiatoris ex vrbe Pisis. Etenim ei refragantur regij codices, in quibus apertè deprehendi, illam, blandè contracto nomine, indigitari Cobellam, natamque ex patre Milite patritij ordinis, cui nomen Lisulo, non autem Lanfrancho [o]. Id ego adnotandum censui, non quin existimem, Pisanam nobilitatem homini negotiatori associari non posse. nam verum omnino est, quod vulgò iactatur à quopiam [p], *Esse in liberis ciuitatibus mercaturis rem quærere, non modò non turpe, sed si bono modo fiat, etiam honestum*. Et, vt vendibile foret figmentum suum, adiecit Aelius, magnam aureorum summam Isabellæ dotis nomine fuisse tributam. quò dignior haberetur vxor, quæ Francisco Caracciolo, viro nobilitate, & Cambellani dignitate clarissimo nuberet. At quid mihi responderit Aelius, si ipse reperi, Cobellam Sardam non plus dotis attulisse Francisco, quam vncias ducentas [q]? Et quidem dotes, quæ ea tempestate à nobilissimis quibusque viris dicebantur, ducentas vncias non excedebant. Adducor denique ex Aelij dictis ad optimè sentiendum de familia Sarda, quantumuis Pisana, non autem Neapolitana, quam Aelius recenset inter extinctas Sedilis Capuani familias.

Ecclesiasticis quoque dignitatibus claruere è Pisquitijs, Bernardus sacro Purpuratorum Patrum galero ab Innocentio IV. Pont. decoratus [r], & Ricciardus summus Hierosolymitanorum militum moderator. [s]

[o] 1400. B. p. 60.

[p] Io. Casa. in vita Gaspar. Cardin. Cōtar.


[q] 1400. B. ead. pag.

[r] Alph. Ciac. ad an. 1244. pag. 700.

[s] *Romæ in Eccles. Prior. perstant sepulcralis epigraphe, & insignia gentilitia.*

D E

DE CARACCIOLIS RVBEIS.



AE L I V S.

CAracciolos Rubeos è Pisana Sigismundorum gentè progenitos Neapolim, paucos post Caracciolos Heluetios annos, venisse constat & fama per veterum manus passim tradita, & aliquot Pisanorum monumentis. Aiunt enim Rubeum quemdam Sigismundum è patria pulsum ob seditionem Neapolim applicuisse; ductaque in vxorem vna è Caracciolis fratribus filia, posteris suis Caracciolum cognomen reliquisse: quod à suo nomine Rubeum appellarunt. Alterum verò è Rubei filÿs Carafiam, mulierem nobilem duxisse, è qua filÿ nati, Caraccioli dicti Carrafæ, & omnis Carrafa domus egressa est. Rubei verò posteri, qui Caracciolum nomen retinuere, bellicis ac ciuilibus virtutibus diuersis temporibus floruere, vrbanis rusticisque prædÿs diuites vsque ad Ladislai tempora, qui Ioannem Caracciolum Rubeum rebus gestis, & spectata virtute Giracÿ Comitem effecit. Ioannæ deinde tempore Giarletta, Gualterius, & Ottinus se extra ordinem extulere: nam Ciarletta Montem Leonem; Gualterius Regiæ aulæ præfecturam; Ottinus longè alÿs maior Magni Cancellarÿ ma-

gistratum, & Neocastrensem Comitatum, item Matalonum, & amplius viginti alia castella possedit: ac semper & vrbis, & aulæ Regiæ inter primarios habitus. Verùm dum nimis constanter, ac fideliter Renati partes sequitur, ab Alphonso victore bonis spoliatus, præter Nocastrum, Maidam, & Ferolitum, nihil suis transuersalibus agnatis reliquit: nam filios ipse non genuit. quæ tria oppida paucis ante annis Ferdinandus Rex illis ademit, eaque Caracciolis Heluetijs tradidit. exquo effectum est, vt Ottini agnati, nuper omnium Caracciolorum clarissimi ad summam paupertatem deuenerint, & necessitate victi cognationes degeneres, atque plebeias contraxerint. Nostro tamen tempore Galeatius Gualterij ex filio nepos familiæ dignitatem prope collapsam instaurauit: nam ob rei militaris peritiam Vicum in Monte Gargano oppidum acquisiuit, & magnificè equestrem dignitatem tuetur. Ceteri è Ciarletta geniti, paupertate oppressi ægrè patritium decus, seque ipsos substentant.

V I N D E X.

CAracciolos Ruffos ab eodem, atque Pisquitios enatos esse stipite, pro certo, atque explorato habendum est ab ijs, qui vtrosque nouerint quamdiutissimè cognominatos esse absolutè Caracciolos, quicquid confinxerit Aelius de ipsorum ex vrbe Pisis aduentu. Neque minùs eius rei certus esse potest, quisquis hauserit ex antiquis tabulis Ioannem Caracciolum Ruffum, & Gualterium Caracciolum Pisquitium germanos fuisse fratres, ijsdem prorsus Ligorio & Ioanna parenti-

bus.

bus procreatos [a]. Qui verò ex Caracciolis Ruffi cognomento indigitari cæptus est primus, Ioannes is fuit, de cuius fide ac virtute præclarum extat Friderici II. Cæsaris testimonium in diplomate, quo Ligorium Ioannis filium multa feudorum ditione locupletauit. sic ille. [b]

a 1294. *M. p.* 32. & 70.
b *An.* 1238. *In Constitut. Regni excusis anno* 1475. 1305. 1306. *D. pag.* 33. 1306 *I. p.* 15.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Rex Hierusalem & Siciliæ. Augustalis excellentiæ tunc extollitur solium, tunc sui nominis titulos ampliat; cùm dignis meritorum præmijs subiectorum compensat obsequia: illorum præcipuè, quos syncera fides, & pura deuotio reddit expertos. Inde est, quòd nos attendentes fidem puram, & grata seruitia, præsenti digna relatu, & futura memoria; quæ quondam Ioannes Caracciolus Ruffus de Neapoli, pater Ligorij Caraccioli, fidelis nostri Maiestati nostræ semper exhibuit: & specialiter quòd, dum pro seruitijs nostris, & imperij deputatus ad custodiam castri Isclæ, à nostris rebellibus impugnatus maluit in vna turrium munitionis ipsius, cùm se ampliùs non posset defendere, igne cremari, quàm se sponte inimicorum tradere potestati. Considerantes etiam quòd Ligorius præfatus, paternæ fidei constantiam imitando, grata nobis obsequia exhibere poterit in futurum, de benignitatis nostræ gratia, qua consueuimus benemeritis prouidere, ad aliorum quoque fidelium nostrorum imitationem exempli; damus, & concedimus nominato Ligorio fideli nostro, & heredibus in perpetuum feudum, quod fuit Gerardi de Ripa, quod tenuit Robertus de Concha in Caleno, & pertinentijs eius, & nunc ipsum Curia nostra tenet, &c.

Post hunc, diuersis quidem temporibus, illustrium virorum plerique floruere, Nicolaus [c], Conradus [d], Marinus [e], Purpurati omnes: Alber-

c *Alph. Ciac. in vita Vrb. VI. p.* 977. *F.*


tus Templariorum Magnus Magister [f]. Quibus (vt ab Aelij erratis quàm longissimè abeam) adijciendi profectò sunt vetusti Barones, qui oppida ampliùs viginti, multò ante Ladislaum Regem, dominatu tenuerunt suo. [g]

d *In Vita Innoc. VII. pag. 1038. A.*
e *In Vita Pauli III. p. 1511 A.*
f *Arca H. man. 36. anno 1262.*
g *Franc. de Petr. in Chronologia huius famil. à pag. 14.*



DE

DE LOFFREDIS.



AELIVS.

INter ceteros Cappanæ tribus nobiles, quos Aientes, siue Adiunctos vocant, Loffredos maximè claros inuenio. Hi ex vlteriori Gallia oriundi, quo tempore venerint affirmare non audeo: nam Caroli I. tempore eos iam Neapoli inter patritios numeratos fuisse constat. quapropter coniectura vti licet, eos cum Normandis, aut cum Sueuis Principibus venisse. Ex hac familia auratæ militiæ equites multi Carolo Primo, itemque Secundo, & Roberto Regibus strenuam operam nauauere: sed omnes virtute, & fortuna, Roberti tempore, Franciscus Loffredus superauit, vir armorum peritia valde clarus: qui meruit Dalphinam Siginulpham, Thelesiæ Comitis, viri amplissimi filiam vxorem ducere. Hic Martinam, & Modugnum possedit. Procedente deinde tempore eius successores ceterique Loffredi, fortuna alternante, modò clari, modò pauperes, nunquam tamen à patritijs moribus, atque artibus discessere. Nostra tamen tempestate Pyrrhus Aragoneis Regibus carus Carouignum, ac Locorotundum muneris loco habuit: Robertus Cannam, et Nucariam. Hæc de Loffredis.

VIN-


tus Templariorum Magnus Magister f. Quibus (vt ab Aelij erratis quàm longissimè abeam) adijciendi profectò sunt vetusti Barones, qui oppida ampliùs viginti, multò ante Ladislaum Regem, dominatu tenuerunt suo. g

d *In Vita Innoc. VII. pag. 1038. A.*
e *In Vita Pauli III. p. 1511 A.*
f *Arca H. man. 36. anno 1262.*
g *Franc. de Petr. in Chronologia huius famil. à pag. 14.*



DE

DE LOFFREDIS.



AELIVS.

INter ceteros Capuanæ tribus nobiles, quos Aientes, siue Adiunctos vocant, Loffredos maximè claros inuenio. Hi ex vlteriori Gallia oriundi, quo tempore venerint affirmare non audeo: nam Caroli I. tempore eos iam Neapoli inter patritios numeratos fuisse constat. quapropter coniectura vti licet, eos cum Normandis, aut cum Sueuis Principibus venisse. Ex hac familia auratæ militiæ equites multi Carolo Primo, itemque Secundo, & Roberto Regibus strenuam operam nauauere: sed omnes virtute, & fortuna, Roberti tempore, Franciscus Loffredus superauit, vir armorum peritia valde clarus: qui meruit Dalphinam Siginulpham, Thelesiæ Comitis, viri amplissimi filiam vxorem ducere. Hic Martinam, & Modugnum possedit. Procedente deinde tempore eius successores ceterique Loffredi, fortuna alternante, modò clari, modò pauperes, nunquam tamen à patritijs moribus, atque artibus discessere. Nostra tamen tempestate Pyrrhus Aragoneis Regibus carus Carouignum, ac Locorotundum muneris loco habuit: Robertus Cannam, et Nucariam. Hæc de Loffredis.

VIN-


tus Templariorum Magnus Magister f. Quibus (vt ab Aelij erratis quàm longissimè abeam) adijciendi profectò sunt vetusti Barones, qui oppida ampliùs viginti, multò ante Ladislaum Regem, dominatu tenuerunt suo. g

d In Vita Innoc. VII. pag. 1038. A.
e In Vita Pauli III. p. 1511 A.
f Arca H. man. 36. anno 1262.
g Franc. de Petr. in Chronologia huius famil. à pag. 14.



DE

DE LOFFREDIS.



AELIVS.

Inter ceteros Capuanæ tribus nobiles, quos Aientes, siue Adiunctos vocant, Loffredos maximè claros inuenio. Hi ex vlteriori Gallia oriundi, quo tempore venerint affirmare non audeo: nam Caroli I. tempore eos iam Neapoli inter patritios numeratos fuisse constat. quapropter coniectura vti licet, eos cum Normandis, aut cum Sueuis Principibus venisse. Ex hac familia auratæ militiæ equites multi Carolo Primo, itemque Secundo, & Roberto Regibus strenuam operam nauauere: sed omnes virtute, & fortuna, Roberti tempore, Franciscus Loffredus superauit, vir armorum peritia valde clarus: qui meruit Dalphinam Siginulpham, Thelesiæ Comitis, viri amplissimi filiam vxorem ducere. Hic Martinam, & Modugnum possedit. Procedente deinde tempore eius successores ceterique Loffredi, fortuna alternante, modò clari, modò pauperes, nunquam tamen à patritijs moribus, atque artibus discessere. Nostra tamen tempestate Pyrrhus Aragoneis Regibus carus Carouignum, ac Locorotundum muneris loco habuit: Robertus Cannam, et Nucariam. Hæc de Loffredis.

VIN-

d *In Vita Innoc. VII. pag. 1038. A.*
e *In Vita Pauli III. p. 1511 A.*
f *Arca H. man. 36. anno 1262.*


tus Templariorum Magnus Magister f. Quibus (vt ab Aelij erratis quàm longissimè abeam) adijciendi profectò sunt vetusti Barones, qui oppida ampliùs viginti, multò ante Ladislaum Regem, dominatu tenuerunt suo. g

g *Franc. de Petr. in Chronologia huius famil. à pag. 14.*



DE

DE LOFFREDIS.



AE L I V S.

INter ceteros Cappanæ tribus nobiles, quos Aientes, siue Adiunctos vocant, Loffredos maximè claros inuenio. Hi ex vlteriori Gallia oriundi, quo tempore venerint affirmare non audeo: nam Caroli I. tempore eos iam Neapoli inter patritios numeratos fuisse constat. quapropter coniectura uti licet, eos cum Normandis, aut cum Sueuis Principibus venisse. Ex hac familia auratæ militiæ equites multi Carolo Primo, itemque Secundo, & Roberto Regibus strenuam operam nauauere: sed omnes virtute, & fortuna, Roberti tempore, Franciscus Loffredus superauit, vir armorum peritia valde clarus: qui meruit Dalphinam Siginulpham, Thelesiæ Comitis, viri amplissimi filiam vxorem ducere. Hic Martinam, & Modugnum possedit. Procedente deinde tempore eius successores ceterique Loffredi, fortuna alternante, modò clari, modò pauperes, nunquam tamen à patritijs moribus, atque artibus discessere. Nostra tamen tempestate Pyrrhus Aragoneis Regibus carus Carouignum, ac Locorotundum muneris loce habuit: Robertus Cannam, et Nucariam. Hæc de Loffredis.

VIN-


tus Templariorum Magnus Magister [f]. Quibus (vt ab Aelij erratis quàm longissimè abeam) adijciendi profectò sunt vetusti Barones, qui oppida ampliùs viginti, multò ante Ladislaum Regem, dominatu tenuerunt suo. [g]

d *In Vita Innoc. VII. pag. 1038. A.*
e *In Vita Pauli III. p. 1511 A.*
f *Arca H. man. 36. anno 1262.*
g *Franc. de Petr. in Chronologia huius famil. à pag. 14.*



DE

DE LOFFREDIS.



AELIVS.

INter ceteros Capuanæ tribus nobiles, quos Aientes, siue Adiunctos vocant, Loffredos maximè claros nuenio. Hi ex vlteriori Gallia oriundi, quo tempore enerint affirmare non audeo: nam Caroli I. tempore os iam Neapoli inter patritios numeratos fuisse conat. quapropter coniectura vti licet, eos cum Normanis, aut cum Sueuis Principibus venisse. Ex hac famiia auratæ militiæ equites multi Carolo Primo, itemque ecundo, & Roberto Regibus strenuam operam nauaere: sed omnes virtute, & fortuna, Roberti tempore, rancifcus Loffredus superauit, vir armorum peritia alde clarus: qui meruit Dalphinam Siginulpham, helesiæ Comitis, viri amplissimi filiam vxorem ducee. Hic Martinam, & Modugnum possedit. Procedente einde tempore eius successores ceterique Loffredi, foruna alternante, modò clari, modò pauperes, nunquam amen à patritijs moribus, atque artibus discessere. Nora tamen tempestate Pyrrhus Aragoneis Regibus caus Carouignum, ac Locorotundum muneris loce hauit: Robertus Cannam, et Nucariam. Hæc de Loffredis.

VIN-

VINDEX.

HAbenda sanè est Aelio fides, testanti Loffridos esse genere apprimè claros: nam idem prorsus in antiquis tabulis exarata testimonia produnt, & historicorum comprobant dicta. Verùm dum, nullo nisi se teste, Gallicam ijs originem attribuit; par est, existimetur in re præsenti potiùs diuinasse, quàm more diligentis historici veritatem eruere contendisse è probatis scriptis, ac testibus fide dignis. Cum igitur nullum in monumentis siue publicis, siue priuatis (vt ipse fatetur Aelius) vestgium extet, quo illi aliquando in Gallijs floruisse, aut indidem excessisse deprehendantur: vel quo tempore, quibusue cum Regibus Neapolim tandem aduenerint; reliquum est, vt in nobilibus indigenis collocentur. Sed aduertatur oportet ab innumerabilibus prope rebus, aut casibus familiarum cognomina desumi potuisse; & illustrissimæ quæque prosapiæ consueuere plerunque ea mutuari ab aliquo ex maioribus præstantissimo, quemadmodum Hanibaldi, Vrsini, Berardi, Filangerij, Perleones, Stephanisci. At eiusmodi quoque sunt Loffridi, quos & Goffridos, & Roffridos vocitatos offendi: eorumque peruetus memoria est ab anno iam CIↃ. C. LXXXVII. quo quidem anno Philippus vass llorum dominus in agro Aquinate Gulielmi II. Regis vectigalis fuit, cùm sacram ille expeditionem Neapolitano milite inuit [a]. Certè sub Sueuis Regibus Loffridorum complures inter milites, & feudatarios Neapolitanos recensetur [b]. Hinc quo primùm tempore Carolus

[a] In edit. monum.

[b] Ioannes.

lus Andegauensis Neapolim iniuit, ei Franciscus præstò fuit, ac totius ciuitatis nomine obsequium exhibuit venerabundus. Cuius ille dignitate facinoris facilè obtinuit, vt qui Manfredi iussu detinebantur in vinculis, protinùs eximerentur [c]. Postmodum cùm præesset prouincijs Terræ Bari, Terræque Hidrunti, præconi Comitis Tricaricensis cohortanti, ac pene imperanti, vt Conradini vexillis attollendis cederet, ac manus daret; respondit rem multò præstabiliorem Tricarici Comitem fuisse facturum, si bellica Conradini signa ad peniculos, quibus equorum dorsa clunesque terguntur, adhibuisset. ipse verò si rem iuri laudique consentaneam præstare vellet; Caroli vexilla efferret potiùs, eumque in Regem admittere debuisset; quippe legitimum eius Regem ob Sedis Apostolicæ electionem[d]. Qui verò his successere, Loffridi perpetuis erga suos Reges obsequijs constantem eorum gratiam iniuere, atque oppidis castrisque donati[e], singulas fere regni Prouincias administrarunt.[f]

Petrus, eiusque Frater ibidem.

c *Annal. Matthæi Iuuenac. ad ann.* 1265.

d *Idem ad an.* 1268.

e *Robertus donatus est castro Balci in Basilicata.* 1308. *E. pag.* 213.

f *Io: Iust. Capit.* 1310. *C. pag.* 209. *& Vall. Grat. et Terræ* Iord. 1331. 1332. *A. pag.* 180. *Franc. Iustit. Aprutij* 1303. *B. pag.* 222. *& Terræ Bariensis* 1304. 1305. *F pag.* 165. *àter. Barth. Iust. Calabriæ* 1329. *D. pag.* 154. *àt. Pyrrhus Iust. Basilic. ex actis Not. Ang. Marc. an.* 1498. *p.* 321.

DE BARRILIIS.



AELIVS.

Barriliorum, seu Parriliorum familia, si spectemus antiquitatem titulorum, omnium Adiunctarum nobilissima est. Ea Carolum I. Regem secuta, frequentia clarissimorum equitum, quorum marmorea adhuc monumenta videntur, celebris admodum usque ad Ladislai tempora progressa est. Ladislao verò Rege, Manna Barrilius Sfortianæ disciplinæ Dux admodum clarus euasit. qui Biccarum, Rotellam, Pandum, & Montem Acutum possedit. Post eum Ioannæ II. Reginæ tempore Perdicassus fuit ex eadem familia Montis Oderisij Comes, & quatuordecim castellorum dominus. Mitto Ioannem Francisci Petrarchæ ætate virum insignem; & Petrum Ioannis XXIII. Pontificis sororium, quorum uni Sancti Archangeli vicum septimo à Neapoli milliario, alteri Pomilianum prope Atellam Reges præmij loco contulere. Quæ oppida hodie quoque à Barrilijs nobilibus possidentur.

VIN-

VINDEX.

GEntem Parriliam à Barrilia Capuani Sedilis longè aliam esse satis liquet instrumenti magni testimonio, quo planè dignoscitur, Iacobum & Riccardum Parrilios, vtpote Sueuarum partium studiosos ab Rege Carolo Andegauensi omni bonorum iure fuisse spoliatos. contra verò è Barrilijs Iacobum, Ligorium, & Ioannem Regi illi enixè addictos sua feuda retinuisse[a]. Hi ergo, quemadmodum familijs vassallorum ditione præcellentibus persuuenire consueuit, à Barrilijs auitæ ditionis oppido [b] cognomentum sibi accersiuere ante annum CIↃ.C.LXXX. quo demũ anno *Dominus Thomasius de Barrili quondam Berardi de Collemento filius* (vtor ipsissimis autographi verbis) Campanum D. Ioannis templum largis reditibus stabiliuit, ac muniijt [c]. Hunc verò Berardum fuisse Marsorum Comitibus progenitum pro certo atque exploratum habetur & ex donatione, quam Odorisius Comes, vnà cum filij suis Raynaldo, Berardo, & Odorisio fecerat, quod modò memoraui, templo; & Petri Diaconi suffragio, testantis Raynaldum illum de Collemento S.R.E. Cardinalem, qui à D. Benedicto XLVI. in Casinate monte præfuit cœnobiarcha, *nobilissimo Marsorum Comitum genere sanguinis sui lineam ducere.* [d]

Porrò Marsorum Comites fuisse regio Francorum Regum sanguine deductos ac procreatos sentit, sancitque D. Alphanus Archiepiscopus Salernitanus epigrammate illo, quod scripsit in laudem Actonis Thetensis Episcopi, qui erat ex eorumdem Comitum progenie. sic ille cecinit. [e]

a *In edit. monum.*

b *Thadaus Dominus Barrilium ante aduentum Caroli I. fasc. 6. pag. 6.*

c *Autogr. in tab. D. Thom. vrbis Aquilæ Ord. S. Io: Hierosol. & eruditum hac de re scriptum Camil. Peregr. typis excusũ Neap. 1643.*

d *lib.* 4. *cap.* 111. *pag.* 600.

e *Ital. Sacr. Ferd. Vghel. tom.* 2. *pag.* 1123.

Præſulis Actonis tumulaſti membra Caſinum,
Marſia cui tribuit iuſta priora ſuis.
Iſtius vnde domo manarit origo parentum,
Regibus à Gallis linea ducta docet.
Principibus Marſis ſatus eſt.

Ad firmiſſimum D. Alphani teſtimonium adijcitur nihilo minoris authoritatis alterum Cardinalis Oſtienſis, cùm narrat, Ioannem Pontificem Maximum eius nominis XI. [f] conſociatis ſuis cum Italicorum Principum copijs, exegiſſe Italia Rodulphum Burgundiæ Regis filium, qui in ea Regis titulo imperitabat: mox etiam euocato Hugone Aquitaniæ Duce, qui per ea tempora maximam apud Italos collegerat prudentiæ famam, atque ingentibus pollebat opibus, regalibus eumdem induiſſe inſignibus, ac Regem Italiæ ritè appellaſſe, anno ferme IϽ.CCCC.XXVI. *Vnà cum hoc Hugone* (inquit Oſtienſis) *venit in Italiam Azzo Comes, auunculus Berardi illius, qui cognominatus eſt Francicus, propinquus eiuſdem Regis: à quo videlicet Marſorum Comites procreati ſunt* [g].

[f] *Appellandus eſt Decimus. Alph. Ciac. pag. 325.*

[g] *lib. 1. cap. 60. pag. 180.*

Ad hoc commune, quod eſt ab Regibus Francorum, gentilitatis initium nonnulli exiſtimant eiuſmodi Comites reſpexiſſe, cùm in publicis inſtrumentis variarum donationum, quæ in loca pia contulerant, profitebantur, ſe eſſe Francos, atque ex natione Francorum: & quidem Francos, ad ſignificandam nationem, in qua orti: ex natione Francorum, ad declarandam originem, ex qua orti. exprimebatur autem eiuſmodi origo cognomine gentilitio Francica, ad morem heroum ditione atque imperij amplitudine præcellentium, qui familiæ cognomentum ab ea, qua potiuntur, regione mutuari conſueuerunt.

DE

DE CARBONIBVS.



AELIVS.

CArbones tui, post Vitigetis Gothorum Regis Romanam cladem, Surrentum barbarorum sæuitiam fugientes se recepere: ibique per ea secula, quibus Italia omnis barbarorum insultibus patuit, incolatum fecere. Carolo verò I. Sueuorum reliquias prosternente, & Ecclesiam Romanam ad pristinam dignitatem restituente, pace per omnem Italiam parta, Carbones Surrentinæ ciuitatis paruitatem vt viri generosi dedignantes, Neapolim accessere: vbi à Carolo Rege satis benignè accepti, & belli & pacis muneribus clari euasere. Succedentibus deinde temporibus & Regibus, Atripaldam, Petram Pulcinam, & Montem Caluum possedere, breui tamen tempore: nam Ioanna I. Regina (nescio qua de causa) illos & his oppidis, & ceteris bonis spoliauit. Caroli III. deinde tempore Iacobus tuus atauus Padulum, quod adhuc tenetis, obtinuit. Non parùm etiam ornamento vestræ familiæ fuit Cardinalis ille amplissimus, qui in gentilitio sacello in Neapolitana cathedrali ecclesia sepultus est.

VINDEX.

NON possum non magnopere mirari, quoties in mentem venit, qui fuerit Aelij de Cossis, atque Capicijs risus, quòd hi Capyn Troianum, illi Romanos Cossos sui parentem generis prædicarent: adeoque nunc Hieronymi Carbonis amicitiæ indulgere, vt ante annos ferme mille Roma Surrentem, indeque Neapolim Carbones abduxerit sine vlla scriptoris attestatione, ac verosimili coniectura: quæ sanè ab ijs familijs Aelius requirebat, ne aut fabulis operam dare, aut ludibrio esse viderentur. Enimuerò quantum ex veteri monumentorum memoria reuellere potui, nec Vrbi Vitiges cladem intulit, neque Carbones Surrenti continuere sese. quin, & Neapolim, aliaque Regni loca, antequam Carolus aduenisset, eorum ditio ac fama peruaserat: & Landulpus quidem, Gulielmo Rege, Montem S. Pauli trans Truentum tenuit [a]; & Petrus, regnante Manfredo, Pazzanum propter Acerras vicum [b]. Is verò Petrus, à quo Carbones omnes deriuari compertum est, Neapolitanis feudataris adnumeratur, qui eumdem Manfredum, cùm Romanam expugnationem moliretur, prosecuti sunt [c]. Petro & Mabilia Piscicella natus est Lancelottus [d], & Lancelotto parente Petrus alter, Ludouici Regis Magister Panecterius [e]. Quæ fuerit Panecterij procuratio assequi nequaquam potui; quanquam non ignoro, eximiæ dumtaxat nobilitatis viris id muneris committi ac demandari consueuisse: paulòque ante admotum illi Iacobum Cantelmum [f], toparcham in Samnio amplis-

a *Dux Guardiæ in hac familia.*
b *Fasc.65.p.34.*
c *In edit.monum.*
d 1291. *A.p.26.*
1327. *A.pag.133.*
e *Idem Dux Guardiæ.*
f *Arca G.manip.39.*

amplissimum, à quo Soræ, Populique Duces fluxerunt. At Petrus per Ioannem filium nepotes sortitus est; Franciscum Cardinalem, cuius meminit Aelius; Gulielmum Teatinum Episcopum, qui demortuum fratrem purpura postea æquauit: illique, vt adnotant, quæ apud Montis Leonis Ducem extant [g], chronica, purpureus galerus Roma Neapolim vsque delatus est. & Masonem Iuliani, vici frequentissimi dominum, qui persolutis Ladislao Regi aureis septies mille, ac trecentis Paduli dominatum in familiam intulit. [h]

g *Alph Ciac. pag.1098. C.*
h *Fasc.74. p. 75. Quinter. Diuers.2.pag.1. an.1411.*

At quia pulchior, & verò etiam comptior per doctrinam nobilitas, quæ non modò ab illa colorem ducit, sed sanguinem ac robur; maiori familiæ decori fuisse existimandus est Hieronymus; is, cui hoc operis Aelius nuncupauit, is, inquam, qui ob multiplicem eruditionem à sui æui scriptoribus nimiopere commendatur: qui Statio, ac Sannazario in pangendis versibus comparatur, nec hilum quidem à Pontani fœcunditate distare visus est. quem à feudis Baronem, quem à nobilitate præclarissimum, à doctrina instructissimum, à poesi peritissimum, iurisque consultissimum plerique deprædicant, deliciarum osorem, consilio acrem, manu strenuum, optimo cuique acceptissimum [i]. Sed quoniam vnusquisque celebritatem nominis, ab ingenij sui monumentis potius, quàm ab alienis laudibus transmittere cupit ad posteros; non ab re visum fuerit, quam ille ad Augustinum Niphum scripsit, adijcere hic Elegiam: vt liqueat omnibus quantam litteratorum virorum copiam, quantam poetarum segetem Parthenope nostra complecteretur, & aleret. Illa verò est eiusmodi.

i *Ian. Parrhas. Sannazar. Eleg.l.1.eleg. in maledicos detract. Marius Aequic.in lib. de Opportunitate. Greg. Gyrald. in hist. poet. dial.1. de poetis sui temporis. Petrus Grauina. Thom. Grammat. consi.683.*

Niphe,

Niphe, laborantes postquam decurrimus annos,
Proposita & celeri meta subacta rota:
Liber ago in terris vitam sine turbine rerum,
Sollicitant animum vota nec vlla meum.
Res erat arcta domi, censu tamen auctus honesto
Despicio Attalicas imperiosus opes.
Nam, licet & toto Mars saeuiat impius orbe,
Atque hominum multa caede cruentet humum.
Concurratque ferox Gallus, concurrat Hiberus,
Et Latium forti pectore in arma ruat.
Me tamen impauidum feriet fortuna. sit illa
Saeuior, & nostris ingeniosa malis.
Armorum auditus sonitus, clangorque tubarum
Non mentem studijs eripuere suis.
Nunc ego Musarum choreis sum proximus, & nunc
Latiùs Aonio labra fluore natant.
Namque videre iuuat duplici tua tempora fronde
Et Phoebi, & Martis, Dux Aquauiue, premi.
Tuque etiam, Melphi Princeps, decus addite Musis
Accedis gemino cinctus honore caput.
Atque vnà Comes ipse sacras Gesualdus ad vndas
Concinit, & posita cuspide plectra mouet.
Me rapis interdum recinens, Syncere, sub vmbra
Mystica virginei sacra puerperij:
Et pecus, & syluas, piscosi & numina ponti,
Et quae littoribus fert Sinuessa suis.
Saepe animum flectit dulci Cabanilius ore,
Dum canit, & doctas euocat amne Deas.
Ipse forum exornans, & consultissimus aequi,
Post tot sollicitis reddita iura reis,
Capicius mea tecta subit: positoque rigore,
Differit, & grato multa lepore refert.
Quin etiam nostras visit pater Aelius aedes,

Quem

Quem sequitur sacri candida turba Chori.
Et qui Sebethum patrio modò prætulit Arno
Puccius, Etrusci fama decusque soli.
Quem, culti eloquij tanta est facundia, credas
Posse mouere homines, posse mouere Deos.
Nec minus exhilarat nostros Grauina recessus
Eloquio, & doctis, quos mouet arte, iocis.
Præcipuè mihi dum Pallani narrat alumni
Fertile tam multis dotibus ingenium.
Ouicula assiduè mecum est, cui sacra Maronis
Musa fauens molli tempora fronde tegit.
Vopiscus Graia insignis, Latiaque Minerua
Assidet, & pleno pectore fundit opes.
Quos inter, nostras demulcet Anisius aures,
Pindaricos varia dum canit arte modos.
Inuisit cultos Siripandus sedulus hortos,
Ingenij repetens tot monimenta sui.
Doctaque Parrhasij scripta, & memoranda per æuum,
O fidum sanctæ pectus amicitiæ!
Quem non alterius Siripandi fulmina terrent!
Cùm tonat, & cæli numina læsa dolent.
Ille tamen pietate grauis, vitaque verendus
Excolit hos sancta relligione lares.
Nobiscumque vnà fallit Summontius horas,
Carmina dum tractat, grammaticosque sales.
Atque etiam paribus studijs, & pectore celso
Dignatur nostras Pons vterque domos.
Nam quis Aprani, quis te, placidissime Sangri,
Ignorat curas demere sæpe meas.
Quorum ego virtutis vel adhuc exosculor alm
Semina, per numeros quanta futura suos.
Nec te, Philocale, excipiam, cui munere sancto
Aonidum lepido profluit ore melos.


Et siue Aualidas celebras, seu scribis amores,
Nos facit attonitos illud, & illud opus.
Hæc bona sunt. verùm sensus animumque fatigat,
Quòd non Fernandi Principis ore fruor.
Cui manibus noua serta suis pia Musa parauit,
Et Phœbus numeros, quos canat, ipse dedit.
Hunc sacro Aonides enutriuere sub antro,
Et puerum molli continuere sinu.
Hunc Venus, & Mauors concordi mente tuentur.
Hic bello, pace hæc; hic pater, illa parens.
Salue magnorum exemplum specimenque virorum.
O decus, & vera nobilitatis amor!



DE

DE FILIMARINIS.





AE L I V S.

Filimarini è Goffredo filio Marini Surrentini originem ducunt. Hic parùm nobili genere ortus, probitate & industria dum inter Surrentinos nobiles cooptari frustra studet, repugnantibus alijs nobilibus Surrentinis, è parua repulsa maiorem fortunam sortitus, Neapolim venit, & cum nobilibus Capuanæ tribus assiduè conuersatus, honesto ab eis est habitus loco: Huius deinde filius Matthæus, iuris ciuilis scientia clarus, Carolo II. Rege, fisci rationibus mira cum industria præfuit, & familiam omnem nobilitauit: nam regijs muneribus, & industria diues effectus, filios, quos plures habebat, domumque bene constitutam reliquit moriens. Eius deinde successores viri probi, & patritiæ dignitatis zelantes in mediocri fortuna vsque ad Aragoneorum Regum tempora peruenere, quibus M. Antonius vir maiorum suorum longè clarissimus Rutilianum Regio munere adeptus est. Frater eius Casaranum, ac Minerbinum, vicos in Salentinis è Tomacellæ gentis hereditate possedit. aliaque Castella eos habuisse non inuenio. Scipio tamen ea apud Federicum gratia pollet, vt illi

vide Summonte tom. 2° lib: 3. fol. 426. ubi ex [illegible] dicit quod Robertus Cabanus filius Raymundi [illegible] cipij mauri et filiam [illegible] Catanensis [illegible] habuit [illegible] Filimarinos, ex qua [illegible] procreauit filios, scilicet Carolum et Franciscum.

 haud

haud mediocrem dominatum vniuersorum in aula regia versantium [illegible] præsagiit.

V I N D E X.

Filimarinos nec Surrentum incoluisse antiquitus, nec ibi fortunæ bona possedisse, neque de[illegible] vnquam affinitate cum Surrentinis familijs deprehendi. quin imo veteris tabularij monumenta, in quibus de Filimarinis frequens est mentio, illos iam inde à Manfredo Rege inter Neapolitanas Baronalis, & antiquæ nobilitatis familias reponunt. Etenim anno CIↃ.CC.LX. Filimarini milites potissimum duo, Iacobus Senior, & Iunior vnà cum alijs Neapolitanis feudatarijs Regem illum, cùm Romano Pontifici obluctaretur prosecuti sunt [a]. mox etiam Carolo Andegauensi in Thracia expeditione præsto fuere [b]. Horum postmodum (qui totius sunt generis fons & origo) successores atque heredes, Neapolitani patricij habiti, feudorum oppidorumque ditione, & militari dignitate praecelluerunt: Regibusque id temporis imperantibus adeo integrè strenuèque obsecuti sunt, vt ipsos vicissim regalis munificentia reddiderit auctiores, ac diuersis Regni Prouincijs regendis moderandisque præficeret [c]. Hinc Nicolaum ob egregiam in perduelles Siculos nauatam operam Carolus II. Rex oppidis stabiliuit ac munijt, Albeto, Semptemfratribus, Campulo, & Posta [d]. Et Roffridus quidem amplis locupletatus reditibus [e], Ciuitauetulam [f], Collem, & Luppium [g] obtinuit. Alijque, præter Rutilianum, Minerbinium, & Casaranum, pagis castel-

a In eàd. [illegible] [illegible]
b Iidem.
c Roffr. à. I. [illegible]
Capit. 13 [illegible]
1305. F. pag. 222. àter.
Bartol. [illegible]
[illegible] 1312.
C. pag. [illegible]
c 1305 1306
D pag. 186.
e 1292. 1300
D. pag. 5.
f Fasc. 44. f. 36.
g 1323. 1324
O. pag. 213.
h Nicolaus
1302. 1303.
A. 259.
1326. 1327.
B. pag. 127.
i Marinus
1304. 1305.
F. p. 160. àter.
1304. A. p. 77
k Iacobellus
1346. B. pag. 153. àter.
l Sichilgaita.
sub Ioanna I.

castellisque potiti sunt, Iuliano, Cæsa, Dagazzano [h], Carzano, Rosella [i], Aprano [k], Luxano [l], Olíueto, Cryptis, & Rocca [m]; in qua adhuc titulo Principis dominantur..

Neque rudis aut recens ipsorum in Capuana tribu nobilitatis prærogatiua, qua iam annis ante CCC.LXXXII. alter eorum, quem modò memoraui, Iacobus perfruebatur [n]. Goffridus verò, Gregorius, Marinus, & Nicolaus eiusdem Sedilis militibus adnumerabantur, qui anno CIƆ.CC.XCVIII. moderandum vestiario contribulium sumptum sapienter decreuere [o]; ne scilicet per luxum ad inopiam adacta nobilitas exolésceret. Sed pluribus ante seculis ex hac familia Madius & Matthæus [p] à proprio Marini eximij cuiusdam progenitoris nomine cognomen gentilitium mutuati, primariam Neapolitanæ vrbis nobilitatem peculiari DOMINI titulo antestiterunt. Quin & splendorem adiecit Stephanus anno CIƆ.CII. Tarentinorum Archiepiscopus [q]; refunditque post annos CXLII. Marinus Capuanus Antistes. [r]

Tandem vt quicquid mendi Aelij scripto subest nostra litura corrigatur, suusque detur veritati locus. nec patrem Goffridus Marinum, nec Matthæum sortitus est filium: neque hic (sicut Aelius somniauit) liberos suscepit vllos: sed tres illos, itemque Gregorium, Bartholomæum, ac Bartholomiam germanos fuisse fratres Iacobo, & Marotta Caracciola procreatos [s] (qui quidem Iacobus Thomam, Gaitamque de Ebulo parentes agnouerat [t]) compertum omnino est. Ex his femina Ioanni de Ribursa nupsit [u]. Marinus Mariam Barabal-lam [x]; Goffridus Antoniam de Sangro [y]; Bartho-

H 2 lomæus

Fasc.48.pag. 147.
m *Io annes. Priuil.3.pag. 134. & 190. ann.1494. in Cancel.*
n *In edit. monum.*
o *In process. Galluciorum.*
p *Madius an. 963. Tabula Sublacen. Cœnobij. & Matth. an. 1080. autog. in D. Georgij Neap. n. 2.*
q *Io: Iunenis pag. 111.*
r *Mich. Monac. pag. 260.*
s 1304. *A. p. 106.*
t *Regest. Vrb. IV. Pont. an. 1*
u 1278. *A. p. 16.*
x 1274. *B. p. 184.*
y 1326. 1327 *pag. 58. àter.*
z *Fasc. 23. p. 167.*
a 1281. *B. p. 184.*
b *Caroli II. Regis à Con-*

filijs 1294.*A* *pag*.70. *Orator ad Clem. V. Pōt.* 1304. 1305. *F. pag.* 172. *Secretiori sigillo tutando præficitur* 1309.*H.pag*.206. *Viceproton.agit* 1320. *C.pag*.25. c 1325.*F.p*.16.

lomæus Isabellam Piscicellam [a]; Gregorius Caracciolam puellam [b] vxores duxere. Matthæus verò secularibus pridem clarus muneribs [b], mox sacris addictus, Neapolitanæ Ecclesiæ renunciatus Archiepiscopus diem obijt. [c]

Commemorantur insuper Filimarini in subscriptis Regestis
Caroli I. Regis 1268.*A.pag*.16.1272.*A*.75.1383.*B*.29.*àter*.
Caroli II. Reg.1291.1292.*B*.108.*àter*.1292.*C*. 184.*àter*.185. 1298. 1299. *A*.126. *àter*.232.1299. 1300. *D*. 118. *àter*.1300.1301. *A*.178.259.1300. 1301.*B*.1.229.1302.*D*.367.368.1302.*H*.114.*àter*.1302.1303.*A*.4.76.259. 1306.*B*.75. *àter*.76.1303.1304. *A*.55.59.60.179. *àter*. 185. *àter*.245. *àter*. 1304.*A*.77.106.1304.*D*.132.133.1305.*D*.556. 1305 1306.*C*.2.*àter*. 100. 1306.*C*.109 *àt*.1306.*F*.226.1306.1307.*B*.11.*àt* 1303.*C*.33.*àt*.1308.*F*.11.
Roberti Regis 1300. *E*. 70. 154. *àter*. 1300.1301. *A*. 122. *àter*. 1311. 1312.*X*.238.1313.1314.*A*.66 *àter*.200.*àter*. 318.1314. *C*.108. *àter*. 114. 1315.*B*.71.1325.1326.*O*.89.*àter*.1327.1328.*A*.51. *àter*.72.*àter*. 1329.*B*. 194.*àter*.1332.1333.+.102.*àter*.1333.1334.*D*.75.*àter*.149.187.228.1334. 1335 *E*.107.*àter*.1335.*C*.281.*àter*.1337.1338.1339.*pag*.196.1340. *A*.44. *àter*.1341.1342.*E*.58.
Caroli Illustris 1310.*A*.42 *àt*.1326.*B*.176.1326.1327. *B*. 127.1327.*A*.4.
Ioannæ I. Reginæ 1343. *B*.52.1343.*C*.13.1343.*G*.121.122.1343. 1344. *A*.101.*àter*.1343.1344.*C*.119.137.153.*àt*.1344.*A*.250.1344.1345.*A*.79. *àt*.1345.*A*.63.*àter*.1345.*B*.173. *àter* 1345.1346.*A*.82.1345.1346.*B*.173. *àt*.1346.*A*.106.287.1346.*B*.36. *àter*. 153. *àter*. 211.1346. *C*.70.*àter*.315. 1347.*F*.103.*àter*.154.1348.*C*.13.1348.*H*.6.
Caroli III. Regis.1382.1383.41.314.*àter*.
Ladislai Regis 1400.*B*.112.1407.*pag*.72.
Ioannæ II. Reginæ 1415.*pag*.199.*àter*. *Quibus in locis Filimarini omnes continenter Neapolitani nuncupantur. Iacobum vnum excipio, qui propter multa, quæ in agro Campano possidebat, bona feudalia, Capuanus quoque miles vocitatus est* 1278.*C*.188.

DE

DE BVCCAPLANVLIS.



AELIVS.

BVccaplanulorum gentem è Gallia venisse priuatæ familiæ monumenta declarant: atque à Caroli II. tempore non modò inter Capuanæ sessionis nobiles, sed inter Regni proceres habiti sunt: nam in Samnitibus perpetuò, ducentorum fere annorum serie Sanctum Eliam, Petracatellam, Monacilionem, Venifrum, & Collem Tortum possedisse videntur. licet hoc tempore Roberta Buccaplanula, vnica Berteraimi filia & heres Petracatellam, Sanctum Eliam, & Monacilionem ad familiam de Capua transtulerit, dum Bartholomeo Altauillæ Comiti nuptui traditur. Multi præterea strenui milites in hac familia floruere. hodie ad miram paucitatem redacta est, & vix vnus superest Venifri, & Collis Torti dominus, cuius nomen ob eius inurbitatem ignoro.

VINDEX.

LOngè alia mihi mens est de Buccaplanulæ gentis origine ab ea, quam Aelio (vt ipsemet loqui-

loquitur) priuata familiæ monumenta suggesserant. Verumtamen ex publico mihi tabulario planè constat, expeditioni aduersus Thraces à Carolo Rege susceptæ anno salutis nostræ CIↃ. CC. LXXII. plerosque de Buccaplanulis nomen dedisse. nam in frequentissimo quodam Baronum censu, enumeratis omnibus Gallicæ stirpis feudatarijs Regem illò prosecuturis, primus omnium ex Italica nobilitate Riccardus Buccaplanula militiæ illi præsto fuisse perhibetur. Iisdem armis authorauere se alij ex eadem familia milites [a], qui duodecim ante annis Manfredo quoque Regi, cùm Romam expugnatum iret, adhæserant [b]. Sed multò vetustissima est gentis huiusce in vrbe nostra nobilitas, cuius in D. Seuerini ante annos septingentos celebris memoria asseruatur: Cùm *Marinus Buccaplanula, filius quondam Domini Sergij Buccaplanulæ, & Petrus & Gregorius filij quondam Domini Ioannis, aliique de eorum cognatione Ecclesiam S. Felicis de Capuana* iure sibi patronatus, vt dicitur, vindicabant [c]. Gens omnino inter primarias reponenda familias, quæ acceptam à maioribus nobilitatem, non modò tot renascētium annorum seculis integrè incorruptèque seruauit, verùm etiam castellorum ditione mirificè auxit: nam præter illa, de quibus Aelius meminit, oppida, Canello, Monteleone, Pesclo, Montecaluo [d], Atropaldo [e], Abellis, Cicala, MonteForti, Rocca Rainola, Cizzano, Baiano [f], & Planisio [g] potita est.

a *In edit. monum.*
b *Ibidem.*
c *Autog. sign. n.653.*
d 1413. *p.92.*
e 1414. *pag. 133.*
f 1408. *pag. 108.*
g *In Cancellaria Com. XI. pag. 55. 56. an. 145-*

DE

DE SIRIPANDIS.



AELIVS.

Siripandi è Græcia venisse dicuntur; nullo tamen certo authore, sed fama ab ipsius familiæ nobilibus diuulgata. Ego Gualterium Siripandum militem, & Roberti Regis Ostiarium inuenio: sed paucis post annis Mottulæ Comitem, & inter milites Errantes connumeratum. Huius nullos successores reperio, nec quanto temporis spatio Comitatum tenuerit; nec qua de causa eo spoliatus fuerit: quin imo à Regina Ioanna I. vsque ad Alphonsi I. mortem domum hanc iacuisse ingloriam certum est: cùm & in veteribus monumentis, & in regijs archiuijs, quæ diligentissimè perscrutatus sum, neminem ex eis inuenerim. Ab Alphonso verò Rege Casapuzzanam vicum possedere, quem & adhuc tenent. Familia, meo quidem indicio, inter mediocres connumeranda.

VINDEX.

QVI se tum maximè summa nobilitate conspicuos esse arbitrantur, cùm ab exteris Orbis

bis terræ partibus suæ gentis incunabula reposcunt; næ illi vehementer errare mihi visi sunt, neque nosse quicquam, aut æstimare non nihili pulchræ Neapolis prærogatiuam. In eiusmodi erratum non Siripandi modò, sed plerique etiam alij è Neapolitana nobilitate per inscientiam quamdam delapsi sunt: quorum nonnulli è Græcia, Galliaue, non nulli ex Hispania, alij ex alijs externis longèque dissitis regionibus suarum familiarum stirpes effodiunt: perinde quasi nostra Neapolis pulcherrimi Regni primaria ciuitas esse non queat nobilissimarum iuxta, atque antiquissimarum familiarum sedes, ac domicilium, sed vespertilionum potius diuersorium, aut bubonum receptaculum. Reor equidem Siripandos esse claritate, & amplitudine generis nemini secundos, quippe Neapoli, quæ non cedit Europearum vrbium vlli iamdudum natos, & in dulcissimæ Sirenis gremio altos, & educatos. Fuere annis ab hinc ferme CCCC. feudorum possessores [a], multorumque magni nominis virorum progenitores, & quidem dignorum, vt recolantur memoria posteritatis. Horum primus spectandum sese offert Gualterius Furcæ Vetulæ veterrimus Dominus [b], qui ob sua merita donatus fuit ab Roberto Rege titulo Comitis cum oppido Mottula. Berardus ab eodem Rege sublectus Capitinatæ Prouinciæ præses [c]. tum Cobellus, Ioanna I. regnante, indeptus Cicinerium pagum in Salentinis [d]. Postremo Henricus, qui fuit etiam Prouinciarum præses [e]. Neque silentio prætereundus videtur Iserius ille, qui fuit, Ferdinando Rege, in Rhodo insula architalassus, & in religione sua Hierosolymitana

a *In edit. monum.*

b *Arca F. mani p. 75. anno* 1318.

c 1329. *B.* 101.


d 1343. 1344. *C. pag.* 46. *at.*

e *Fasc.* 80. *p.* 129.

tana sustinuit Magni Magistri vices [f]. Quibus ex honoribus, gestisque magistratibus coniectare fas est, Siripandorum familiam non fuisse vnam ex mediocribus, vt censet Aelius, sed vnam ex præcipuis Neapolitanis propter eamdem illam, quam ipsemet Aelius pro Cossis rationem affert, nimirum nihil ad familiæ claritudinem, nobilitatemque adduci posse speciosius, quàm si probes, illam trecentos ab hinc annos, qua quidem tempestate titulo Comitis insignes erant oppidò pauci, gloriari potuisse in vno aliquo de suis, qui eiusmodi titulo præcelluisset.

f Arca H. maxnip. 56. anno 1458.






AE L I V S.

GVindacios è Salerno venisse sepulcrum medici cuiusdam in gentilitio eorum sacello in ecclesia Cathedrali sanè indicat. &, cùm medicina inter artes connumeretur, è mediocri principio melior fortuna secuta est: nam ex ipso medico, eiusque transuersalibus multi nobiles, & aurata militia equites prodiere. à Ladislao deinde Rege diuitijs aucti, atque magistratibus fuere in gratiam Mariæ Guindaciæ, puellæ pulcherrimæ, Regis concubinæ. Ioannæ II. deinde tempore, quo omnes à Ladislao eius fratre exaltati, funditus euersi sunt; ad summam inopiam redacti, sub Aragoneis Regibus quasi nobilitatis prærogatiuam perdidissent, ni Iacobus Guindacius, armorum gloria insignis suis viribus corruentem familiam fulsisset: quæ nihilominùs ruinam minatur; cùm ex ipso Iacobo filij masculi non extent: ceterique eius familiæ nobiles incredibili inopia obruantur.

vide infra in famil. de Alaneis fol. 151 [illegible]
vide [illegible] tom. 2. lib: 4. fol. 557. [illegible] Maria Guin[illegible] [illegible] tom. 2. lib: 4. fol. 538

VIN-

VINDEX.

ANte centum & quinquaginta annos, eoque amplius, quàm extitisset Bernillus medicus, ex quo tanquam è primo fonte sentit Aelius effluxisse Guindacios, ij versabantur in vrbe Neapoli, & maximi pendebantur ab omnibus cùm propter militaris nobilitatis gradum, in quem iamdudum adscenderant: tum verò etiam propter feudalia, quæ tenebant, bona [a]. Hoc ego testatum volui, vt suus esset veritati locus, non quòd rem esse vilem, atque abiectam existimem, cùm quis ab homine medico repetat suæ gentis initia, ea potissimùm tempestate, qua medicinæ artis facultas permagno æstimabatur: & viri tum à maiorum suorum sanguine, tum etiam à vassallorum dominatione illustres, tantum abest, vt ab ea exercenda quicquam deterrerentur, vt vehementer etiam expeterent, atque affectarent. Ioannes de Prochyta, is, qui Vesperi Siciliensis Dux fuit, & author, non ne medicam professus est artem? atqui præterquam quod esset Prochytæ dominus, baro Pestilionis, aliorumque pagorum; fuerat etiam multò ante Magnus Regni Protonotarius. Nonne Arnaldus de Villanoua cùm tam in nostro, quàm in Galliæ regno baronis personam sustineret, eamdem artem obire non erubuit per idem tempus, quo Regiæ Vicariæ Regentem Neapoli ageret? Berardinus, Nicolaus, Rentiellus, Simeon, Bartholomæus, Matthæus, Cobatius, Philippus, Rogerius,

a *Obijt Bernillus anno* 1382. *Neap. Sacra pag.* 20.

b *Dominus Philip. cognomento Guindacius. autog. in D. Georg. an.* 1221. *Et Guindacij milites, & Feudatarij Neapolitani sub Manfredo, & Carolo I. Regibus in edit. monum.*

Masonus, Carolus; Thomas, & Iacobus, omnes Capuani Sedilis nobilitate inclyti eamdem artem non grauatim exeracuerunt. Exercuerunt etiam Leonardus, Bartholomæus, Perrhinus, Gabriel, Scipio, Antonius, Lucas, Nicolaus, alijque aliorum Sedilium nobilitate insigniter clari[c]. Quin etiam ex eodem Bernillo Guindacio non obscurè colligitur medendi artem in magno fuisse honore ac dignitate, quo tempore eam profitebatur ipse, vtpote qui tunc erat vnus de Magistris Rationalibus, magistratu omnium supremo: quippe in eo vno omnis omnium authoritas, ac iurisdictio colligebatur, quæ hodie in singulis magistratibus regijs, ac togatis dispertitur. is erat vnus è supremi status consiliarijs in aula Regis, neque vnquam ex illius latere discedebat. Mitto illum ipsum vxorem duxisse Ioannam de Amendolea; eoque affinitatis vinculo sibi leuirum alligasse Raimundum de Baucio, Melphicti, ac Iuuenatij, multorumque item aliorum castellorum dominum, atque Aloysij Regis munificentia creatum summum totius equitatus Ducem aduersus Carolum III.[d]

c Dux Guardia in familia Fasanella p. 154. Franc. de Petris consil. 14. à n. 20. ad 23.

d Neap. Sacra dict. pag. Dux Guardia in Baucia familia pag. 85.

Sed redeamus ad Guindaciorum familiam, vnde Bernilli medici occasione discessimus. Nunquam huic familiæ defuit militaris virtus. nam vt nihil de Iacobo dicam; Ligorius in Etruscum bellum proficiscentem secutus est Calabriæ Ducem[e]: Francischellus (sic enim diminutè vulgo indigitabant) fuit vnus è Tribunis militum in Regis Ladislai copijs[f]: Conradus adlectus fuit à Caietanis in summum eorum exercitus ducem aduersus Fundanum Comitem[g]. Nunquam à Guindacijs desiderata est vassallorum dominatio:

e 1326. 1327. B. pag. 12.

f 1392. 1393. + pag. 30. 229

g Chro. Suess. ad an. 1340.


in

in eorum ditione, ac potestate fuerunt castella amplius bina dena [h]. Non ampla, atque conspicua Regum munia: siquidem fuere Prouinciarum Præsides [i], ac suorum Regum nomine legati de maximi momenti rebus [k]. Non ecclesiasticæ dignitates: etenim cum Neapolitanis Archiepiscopis vnus ex Guindacijs adnumeratur. [l]

Reliquum foret vt hic castigarem Aelij maledicentiam, qui Mariam infamiæ sugillauit. sed continebo me ipse: neque enim fas est, homini de fama nobilium feminarum detrahenti pœnam infligere maiorem vituperatione illa, quam ipsimet subeunt, qui illarum pudorem inuidiosè traducunt. Equidem, cùm videam mulierem illam nuptui locatam viro ex illustri Carrafeorum familia, ac filias eius duas Comitibus inclytis in matrimonium lautè ac splendidè datas; suspicari malim mendacem fuisse vulgi dicacitatem, quàm nobilem matronam quicquam indecorum, aut indignum suis natalibus commisisse. [m]

h *Cantarellum* 1293. *A. pag.* 311. *Casale Comitis* 1306. *D. pag.* 26. *Castellucium de Samo* 1331 1332. *A. pag.* 92. *Canneti* 1345. 1346. *A. pag.* 305. *Aquauiua* 1382. 1383. *pag.* 356. *Lama. p.* 229. *S. Georgius, Apetina* 1410. *p.* 150. *Acernum, Calabrittum, Tegora, Tegora Viani, Fornellum Riuocatinum.* 1381. *pag.* 1. *Petra Paula, Cropolatium, Crosia, Caluctum S. Marcellus, Cedel. Thesau. Ferdin. I. an.* 1471. *Mirabellum.* 1485. *in Cancel. aliaque feuda.* 1271. *A. pag.* 80. *à ter.* 1316. *B. pag.* 254. *à ter.* 1348. *A. pag.* 361. 1382. 1383. *pag.* 304. i *Gulicl.* 1302. *G pag.* 284 *Ligorius.* 1321. *Ioannes.* 1425. *pag.* 265 k *Conradus.* 1330. *C. p.* 173. *Franciscbellus* 1381. *pag.* 272. l *Chioccarel. ad an.* 1386. *pag.* 249. m 1410. *pag.* 133.

DE ARCELLIS.



AELIVS.

PHilippo Arcella Placentiæ tyranno mortuo, Arcellates quidam Neapolim venere annis ab hinc C. XX. paulo plus, aut minus: pluresque annos inglorij, ac pene ignobiles iacuere: cùm nihil magnificum de illis inueniatur nec in priuatis monumentis, nec in regijs archiuijs. Patrum verò nostrorum memoria, Caracciolorum affinitate suffragante, inter patritios è sessione Capuana cooptati, atque adsciti sunt. viuitque hodie Matthæus Principis Bisinianensis liberalitate vassallorum dominus effectus. vir certè probus, ac honestis moribus, & modestia insignis.

VINDEX.

FRidericus II. nostræ salutis anno CIↃ. CC. XXXIX. subactis, & in suam redactis ditionem Guelfis vrbibus, quæ in Cisalpina Gallia extabant, coniecit in vincula nobilium complures, eosque misit in Regnum diuersis oppidorum dominis in custodiam contrudendos, atque ab ijsdem

dem diligenter asseruandos. ex ijs fuere Iannonus [a] & Petrocinus [b] de Arcellis, Placentini nobiles: ex quibus pro certo existimo gentem hanc Neapoli fuisse propagatam. nisi forte Arcellates alij Carolum Andegauensem prosecuti, in Italiam eo consilio irrumpentem, vt Neapolitanum sibi Regnum armorum vi, & copijs vindicaret, familiam suam ad nos traduxerint. nam sub eiusdem Caroli regnantis initium Guido inter Regni proceres relatus est, munifice sibi ab Rege traditis Exculo, Bancia, Sancto Nicandro, & Rutiliano [c]: ac ducta vxore Anglesina Mutunati, Gallani, Vineæque Castrensis domina, ditionem amplificauit [d]. Eidem quoque Regi Iacobus vsui adeo fuit, vt amplissima stipendia promeruerit [e]. Tempore proximè insequente Arcellates nobilitatis laude præcipui fuere: etenim Iacobus alter miles extitit [f]: & Marinus cùm miles, tum etiam Magister Ostiarius, & Cambellanus [g]. Aloysius denique vnus fuit ex militibus aulicis Ioannæ II. Reginæ, à qua Schifati, Striani, & Sancti Petri perpetuam præfecturam obtinuit [h]. Ceterum de more labitur Aelius, cùm scribit, fuisse Matthæum vassallorum dominum Bisinianensis Principis liberalitate. constat enim, coactum potius Matthæum fuisse, rursus vendere Bisinianensium Principi illud ipsum, quod ab eodem Principe nuper emerat, Mottafellonium oppidum, in Brutijs situm [i]. atque haud scio, an loco pretij aliud feudum ab eodem acceperit.

a 1239. p. 42. b pag. 43. àter.

c Fasc. 76. p. 163. an. 1276.

d 1275. C. p. 36.

e 1269. B. p. 152.


f 1324. B. pag. 139

g 1390. B. p. 93. attamen est an. 1412.

h 1417. pag. 333.

i In Cancel. Priuil. 4. Ripacurtiæ pag. 201. 5. Octob. 1508.

DE ARCELLIS.



AELIVS.

PHilippo Arcella Placentiæ tyranno mortuo, Arcellates quidam Neapolim venere annis ab hinc C. XX. paulo plus, aut minus: pluresque annos inglorij, ac pene ignobiles iacuere: cùm nihil magnificum de illis inueniatur nec in priuatis monumentis, nec in regijs archiuijs. Patrum verò nostrorum memoria, Caracciolorum affinitate suffragante, inter patritios è sessione Capuana cooptati, atque adsciti sunt. viuitque hodie Matthæus Principis Bisinianensis liberalitate vassallorum dominus effectus. vir certè probus, ac honestis moribus, & modestia insignis.

VINDEX.

FRidericus II. nostræ salutis anno CIↃ. CC. XXXIX. subactis, & in suam redactis ditionem Guelfis vrbibus, quæ in Cisalpina Gallia extabant, coniecit in vincula nobilium complures, eosque misit in Regnum diuersis oppidorum dominis in custodiam contrudendos, atque ab ijsdem

dem diligenter asseruandos. ex ijs fuere Iannonus [a] & Petrocinus [b] de Arcellis, Placentini nobiles: ex quibus pro certo existimo gentem hanc Neapoli fuisse propagatam. nisi forte Arcellates alij Carolum Andegauensem prosecuti, in Italiam eo consilio irrumpentem, vt Neapolitanum sibi Regnum armorum vi, & copijs vindicaret, familiam suam ad nos traduxerint. nam sub eiusdem Caroli regnantis initium Guido inter Regni proceres relatus est, munifice sibi ab Rege traditis Exculo, Bancia, Sancto Nicandro, & Rutiliano [c]: ac ducta vxore Anglesina Mutunati, Gallani, Vineæque Castrensis domina, ditionem amplificauit [d]. Eidem quoque Regi Iacobus vsui adeo fuit, vt amplissima stipendia promeruerit [e]. Tempore proximè insequente Arcellates nobilitatis laude præcipui fuere: etenim Iacobus alter miles extitit [f]: & Marinus cùm miles, tum etiam Magister Ostiarius, & Cambellanus [g]. Aloysius denique vnus fuit ex militibus aulicis Ioannæ II. Reginæ, à qua Schifati, Striani, & Sancti Petri perpetuam præfecturam obtinuit [h]. Ceterum de more labitur Aelius, cùm scribit, fuisse Matthæum vassallorum dominum Bisinianensis Principis liberalitate. constat enim, coactum potius Matthæum fuisse, rursus vendere Bisinianensium Principi illud ipsum, quod ab eodem Principe nuper emerat, Mottafellonium oppidum, in Brutijs situm [i]. atque haud scio, an loco pretij aliud feudum ab eodem acceperit.

a 1239. p. 42.
b pag. 43. àter.
c *Fasc.* 76. *p.* 163. *an.* 1276.
d 1275. *C. p.* 36.
e 1269. *B. p.* 152.
f 1324. *B. pag.* 139
g 1390. *B. p.* 93. *attamen est an.* 1412.
h 1417. *pag.* 333.
i *In Cancel. Priuil.* 4. *Ripacurtiæ pag.* 201. 5. *Octob.* 1508.

DE CRISPANIS.



AELIVS.

ALiquanto ante, quàm Neapolis Regibus subijceretur, Crispanos plures varijs in scripturis me legisse memini: cùmque inter magistratus, quos Comestabulos vocabant, aliquos ex eis vidissem, credebam eos ab illo tempore fuisse patritios. at cognito postea illius temporis ordine, quo plebei passim cum nobilibus Rempublicam administrabant: visoque in libris Sancti Georgij Maioris Marci Crispani sutoris nomine, adductus sum in eam, quam vulgus tenet opinionem, eos scilicet è Crispano vico originem ducere: primumque ex familia fuisse patrem illius iurisconsulti, quem in eorum gentilitiò sacellò sepultum videmus in ecclesia Cathedrali, qui Roberto Regi virtutum maximo extimatori apprimè gratus, atque acceptus fuit. Extat etiam in Archiuio regio petitio per eumdem iurisconsultum Regi porrecta, & Regis nomine prouisio, vt fiat cuiusdam antiquissima scripturæ transumptum, quæ scriptura nobilitatem, & diuitias familiæ Crispanæ indicabat. Verùm Rex ille prudentissimus cauit, vt factum ex ea scriptura transumptum fidem non faceret:

quod

quod penitus illi fidem abrogare videtur. His de causis aliorum iudicio rem decidendam relinquo. mihi sat est affirmare neminem in hac familia inuenisse inter nobiles Capuanæ sessionis nominatum ante Franciscum: qua de causa ad credendum, eos è Crispano vico venisse, potius adducor. nullo enim modo fieri potuisset, si ante Reges Crispani fuissent inter patritios, quin eorum nomen tanto temporis spatio, quantum interpellat à primis Regibus ad Robertum, inter patritios vna saltem vice non reperiretur. à Francisco autem vsque ad hunc diem semper inter nobiles adnumeratos inuenio; licet parùm diuites, nec admodum clari nominis.

V I N D E X.

QVæ de Crispanis prodidit Aelius, euulgasse arbitror, vt indulgeret potius suo in maledicta procliui ingenio, quàm vt familiæ originem ad veritatem exquireret: etenim & Diui Georgij maioris, & Regij archiui tabulæ, quas ille ab sese collustratas iactitat, scriptis liuidi hominis refragantur, & mirificè commendant Crispani generis claritatem, iam inde ab Regum priscorum ætate percelebrem. efferunt, celebrantque *Dominum Landulphum* (apponam ipsissima tabularum verba) *filium quondam Domini Marini cognomento Crispano, & quondam Dominæ Annæ* [a], qui curando, administrandoque eius ecclesiæ hospitali præfectus fuerat anno CIↃ.CC.XXX. Et qui nouendio post eamdem ecclesiam terrarum muneratione ditauit, *Ioannem filium quondam Domini Ioannis, qui iterum Crispano vocabatur, & Dominæ Gaitelgrimæ* [b]. Quibus equidem verbis illud etiam addo, Petrum, &

[a] *Autog. in D. Georg. sign. n. 9.*

[b] *Ibid. autog. sign. n. 18.*

K Ligo-

Ligorium Manfredo Regi feudorum iure obnoxios fuisse, cùm is anno CIↃ.CC.LX. in Pontificiam ditionem impetum faceret [c]. Petrum item alterum (nisi fortè idem ille sit) Neapolitanos inter Barones recensitum, qui Carolo I. expeditionem adornanti ob Thraciam sibi armis vindicandam de suis facultatibus pecuniam pependerunt [d]. Paulinam Crispanam Cæsario de Aprano, baroni,& militi connubio adiunctam. [e]

c In edit. monum.

d Ibidem.

e 1269. D. p. penult. 1274. B. pag. 184.

Neque magis, quàm horum aut ignoratione rudis, vel suppressione iniquus, ceteris in rebus accuratus,& nauus deprehenditur Aelius: nempe is illi Franciscus est, qui de scripti transumpto Regem orauit, atque exorauit, Petrus is illi non alius est à Francisco, qui in auito sacello humatus est, Landulphus. Is à iuris dumtaxat prudentia commendatus est, qui illustri impositus magistratui [f] togæ præstantiam dignitate militiæ cumulauit. Ac ne quid de meo apponere videar, inferam quod in Templo Maximo ob omnium oculos versatur, incisum tumulo demortui viri epitaphium, quod est eiusmodi.

f Illust. Magistratus appellatur ab Aelio in Pignatellis Locumtenens Magni Camerarij.

HIC IACET CORPVS MAGNIFICI MILITIS ET EGREGII LEGVM DOCTORIS DOMINI LANDVLPHI CRISPANI DE NEAPOLI MAGNE REGINALIS CVRIE MAGISTRI RATIONALIS AC LOCVMTENENTIS MAGNI CAMERARII REGNI SICILIE CONSILIARII REGINALIS QVI OBIIT ANNO DOMINI M.CCC.LXXXII. DIE XXIII. MENS. AVGVSTI XI. INDICT.

Quæ licet satis superque sint, vt ipse stet Aelius à vetusta Crispanorum nobilitate, constetque ab eo

iam

iam tempore quo rem illi Neapolitanam Comestabuli administrarunt,fuisse patritios;omnino tamen ex ipso Comestabuli magistratu, quem anno CIƆ.XC.obiuit Ioannes,nobilitas certò dignoscitur. Nam, vt demus Aelio non modò nobilibus, sed plebeis etiam id muneris committi consueuisse:certè Ioannes minimè est eximendus è numero nobilium, quippe quem census digessit in album Comestabulorum, atque inter primos adnumerauit, qui per eam ætatem illo perfuncti sunt munere,aliosque deinceps recensuit æquè nobiles. Atqui faciamus, illiusmodi censum tum ex nobilibus,tum ex plebeis æqualiter coaluisse;certè inter numerandum,vt quisque descriptus est primus:ita eum, qui proximè sequitur, generis claritate præcedere maximè debet.eiusmodi numerandi ritum suadente atque edocente natura, authore ac magistra colendæ nobilitatis. at quia inter primos adnumeratus est Ioannes, ideo antestare par est alios nobilitatis nota. Et, ne quid fidei detrahere videar veritati, nihil me pigebit, vbertim, ac fusè producere schedam nunc vnam, quamuis à plerisque impressam typis, ac promulgatam, sententiæ tamen meæ suffragantem. alteram quoque schedam subijciam: cuius schedæ transumptum Petrus obtinuit, vt omnibus palam fiat per summam prudentiam cauisse Regem, ne illud exemplaris exemplum, siue transumptum quicquam valeret ad faciendam fidem, non quòd quidpiam contineret à veritate dissonum, sed quia contineret bonorum concessionem ab Duce Sergio factam Crispanis, sibi consanguinitatis vinculo adstrictis.nempe noluit Rex oppidò catus ijs,ad quos

ea bona peruenerint quicquam præiudicj facere, sed maluit eosdem reddere ab omni euictione tutos, & seruare iuris canonem, qui extat, De iure alteri quæsito non tollendo.

Denique nihil est quòd castigemus Aelij iniquitatem, an potius inscitiam? libet enim cum illo agere liberaliter. is enim propterea quòd Crispanum, nescio quem, de plebe temerè deprehenderit, arguebat nobilissimam Crispanorum familiam fuisse plebeiam, ac stirpem suam è Crispano pago deducere. Verùm si quid operæ dedisset Aelius logicæ facultati; sciuisset enimuerò, quæ sint apud logicos æquiuoca nomina, & quàm sæpe pluribus, diuersisque rebus eadem sit appellatio, neque tam fœdè lapsus esset. nam, si quid officeret nobilissimarum familiarum quasi luminibus eiusdem cognomenti communio; certè pleræque de gradu suæ nobilitatis temerario casu deciderent. nam quota quæque familia est eximiæ nobilitatis imbuta cognomine, ad cuius cognomen participandum non aliquis casus induxerit homines è plebe procreatos? Et, ne longè abeamus in Regio archiuo scheda quædam reperitur neophitorum Hebreorum, qui quòd in sacri baptismatis lauacro à personis Neapolitana nobilitate praeclarissimis susceptì fuerint, eorum cognomina postmodum susceperunt, atque in omnem posteritatem sustinuerunt. & nunc egregium sanè facinus admitteret, quisquis eiusmodi historiam attingens, passim dictitaret omnem prope Neapolitanam nobilitatem ex Hebreorum gente suam originem deducere. Sed omittamus isthæc ignari hominis deliramenta: ac proferamus Crispanorum schedas, quæ perspi-

cuè

cuè indicant eorum originem ab antiquis Neapolitanis Ducibus trahi. sunt illæ.

In nomine Dei æterni anno Incarn. Dominicæ M.C.XC. die IX. mensis Maij VII. Ind. Quia gloria & corona illustrium ciuitatum est diuersorum officiorum concors populi multitudo, & quantò in diuersis mercimonijs, & varijs vtilitatibus viuendi sibi inuicem, & alijs hominibus, quorum frequentantur accessus, iustius copiosiusque ministratur, eò celebrioris nominis ciuitates ipsæ, & maioris opinionis diuulgatione clarescunt. Idcirco Nos Aliernus Cutonus, Consules, Comestabuli, Milites, & vniuersus populus ciuitatis Neapolis prouida & salubri deliberatione consilij, attendentes quid honoris, quid commodi nobilissimæ ciuitati vos viri prudentissimi Scalenses, Rauellenses, & ceteri negotiatores, & campsores de Ducatu Amalfiæ conferatis, vobis vestrisque heredibus, & successoribus in prædicta ciuitate Neapoli habitantibus, saluo in omnibus generali priuilegio Neapolis, quod est inter Nobiles, & populum eiusdem ciuitatis, concedimus, authorizamus, & in perpetuum hoc speciali priuilegio confirmamus, vt sicut ista ciuitas Neapolis priuilegio libertatis præfulget, ita & vos negotiatores, campsores, siue apothecarij de præfato Ducatu Amalfiæ, vt negotiatores exerceant in hac eadem ciuitate ad habitandum, seu ad apothecas tenendum venerit, eadem omnino libertate in perpetuum gaudeatis, vt nulla conditio de personis, vel rebus vestris siue heredum vel successorum vestrorum negotiatorum in Neapoli habitantium requiratur, sicut non requiritur de ciuibus Neapolitanis, saluo honore ipsius ciuitatis, in libero & franco vsu vestrorum negotiorum. Insuper hoc eodem priuilegio concedimus & confirmamus vobis vestrisque heredibus, & successoribus, negotiatoribus, campsoribus, apothecarijs de memorato Ducatu Amalfiæ in Neapoli habitantibus, vel habitaturis ad negotiationes exercendas, vt liceat vobis, vel eis in perpetuum de gente vestra inter vos Consules statuere, ac mutare in ciuitate Neapoli, de illis qui Neapoli manserint, sicut vobis vestrisque heredibus, & successoribus in ciuitate ista negotiationes exercentibus paruerit expedire, quorum arbitrio & iudicio secundùm veteres

Capac. histor. Neap. lib. 1. pag. 173. Summon par. 1. lib. 1. p. 138.

bonos

bonos vſus veſtras cauſas ſiue lites, quæ inter vos, vel eos emerſerint terminentur: nec liceat ciuitati, vel alteri pro ea vobis ſeu heredibus, & ſucceſſoribus veſtris, vos ſeu heredes, vel ſucceſſores veſtros de prædicto Ducatu Amalfiæ in ciuitate iſta manentes, ſua negotia exercentes, de veteri & bono vſu veſtro, ſeu conſuetudine trahere, vel mutare: ſed debeamus vos in omnibus bonis vſibus veſtris in Conſulatu veſtro in perpetuum conſeruare: & vos gubernatione, & iudicio veſtrorum Conſulum tantùm, in perpetuum viuere debeatis. Et hoc priuilegium noſtræ conceſſionis, omnimodo, & perpetua firmitate ſignetur ſigillo ciuitatis, & Conſulum de nobis communi conſilio, & voluntate ciuitatis Neapolis eſt roboratum. Actum Neapoli per Maurum Clericum Sanctæ Neapolitanæ Eccleſiæ, Notarium Domini Sergij venerabilis Neapolitani Archiepiſcopi. Anno, die, menſe & indictione ſuperius prænotatis. Ego Aliernus Cutonus ſubſcripſi. Ego Ioannes de Griffis ſubſcripſi. Iacobus Falconarius Conſul. B. Dominiboni Coſ. Ioannes Criſpanus Coſ. M. de Licio Coſ. Ioannes Buccatortius Coſ. Donodeus Mermil Coſ. Ioannes Pignatellus Coſ. Ioannes Comina Coſ. Ioannes Theophilus Coſ. Sergius Matula Coſ. Petrus Fracozza Coſ. Petrus Arbata Coſ. Bernardus Gizzo Coſ. Iordanus Imperator Coſ. Gregorius Bais Coſ. Stephanus Spada Coſ. Ioannes Ioannis Radicelli Coſ.

1333. 1334. D. pag. 41. *Robertus Dei gratia Rex Hieruſalem & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Prouinciæ, & Forcalquerij ac Pedimontis Comes vniuerſis præſentes litteras inſpecturis tam præſentibus, quàm futuris. Antiquorum geſta in authenticam ſcripturam pro noſtrorum fidelium plerunque cautela producimus, & perſæpe vt rei geſtæ memoria tantummodo pateat, per noſtræ ſcriptionis ſeriem renouamus. Sanè Petrus Criſpanus de Neapoli, iurisperitus, Conſiliarius, familiaris, & fidelis noſter Maieſtati noſtræ nuper expoſuit, quòd ſpectabilis quondam Sergius Conſul, & Dux Ciuitatis Neapolis, atque Comes, & Magiſter Militum quondam Sergio Criſpano de Neapoli conſanguineo ſuo, à quo Petrus ipſe aſſerit originem ſe traxiſſe, quaſdam conceſſit immunitates & gratias, quæ in quodam publico inſtrumen-*

to,

to, seu priuilegio de curialisca scriptura confecto, qua Dux idem tunc temporis vtebatur, exponebantur seriosius contineri. Et quia scriptura ipsa erat communiter sensibus innota legentium, idem Petrus nobis supplicauit attentius, vt transferri ipsum priuilegium, siue scriptum in Latinam linguam siue scripturam sub pendenti maiestatis nostræ sigillo, non quòd probatio, vel cautela aliqua exinde quomodolibet assumatur, sed tantummodo ad claram, & distinctam lecturam illus, vt ad quamdam ostensionem, seu demonstrationem clarus de ipso legentibus prodeat intellectus; mandare benignius dignaremur. Nos igitur nostrorum fidelium votis quæ pro præteritorum rememoratione procedunt, & cuiusuis dispendium, seu diminutionis incommodum non includunt, benigno condescendentes assensu, huiusmodi supplicationibus inclinati prædictum priuilegium siue scriptum Curialium litterarum, dicti Ducis, vt in eo apparebat, subscriptione munitum, per dictum Petrum in nostra Curia præsentatum, cum corrupta grammatica, & in stilo siue forma decenti per certos Curiales ciuitatis Neapolis iuratos ad hoc, qui de scripturis ipsis habent in legendo, & intelligendo experientiam satis notam, fideliter de scriptura Curiali in Latinam transferri, & præsentibus nostris literis annotari mandamus; ex qua quidem translatione seu translationis pagina, et præsentibus nostris litteris nullam probationem, fidem, vel cautelam assumi præcipimus, nec prætendi per quospiam in iudicijs, vel extra iudicia volumus in futurum: sed illam, & has nostras litteras valere tantummodo volumus ad lecturam, vt ex translatione præsenti legentium singulorum aspectibus concessa res pateat, & de gestis præteritis illis notitiam præsentis translatæ scriptura claram, & apertam series repræsentet. cuius quidem curialis translatæ scripturæ pagina erat per omnia tenoris, & continentiæ subsequentis. In nomine Domini Dei Saluatoris nostri Iesu Christi, Imperante Domino nostro Constantino, Magno Imperatore anno VII. die XV. mensis Maij, Indic. V. Neapoli. Nos Sergius in Dei nomine Eminentissimus Consul & Dux, ac Domini gratia Magister Militum concessimus, & tradimus tibi Sergio, qui nominatur Crispano, parenti nostro, filio quondam Iohānis, qui

iterum

iterum Crispano vocabas , nostro parenti idest integram tuam hereditatem , seu substantiam, intus & foris : hoc est Domus & casalibus seu terris rationabilibus,quantumcumque funduras , & ortnas, vel mobilibus rebus mobilium & immobilium,seseque mouentibus,omnibusque eis pertinentibus , omnia & in omnibus , vndecumque,aut quomodocumque, vel vbicumque tibi pertinet, aut pertinentes fuerit per quouis modum,longinquis & propinquis,montis,collis,ripis, siluis seu ribis,aquis,pratis,olibetis,castanetis,cerquetis, insertetis, pascuis, maris piscationibus, & aquilationibus cum omnibus illorum pertinentijs . qua concedimus tibi , & omnem tuum hospitatum fundatum & exfundatum, viuorum & mortuorum,cum ipsorum fundoras & terris,seu cespites, vel omnes consuetudines, censoras, & regalis, & excaballi, cauitationibus , atque salutes : vel omnibus aiacentibus, & pertinentibus eis, pertinentes simul tibi siue per parentorum tuorum, aud à partibus militie, vel à partibus Longobardorum,vel per alium qualecumque modum.Seu concedimus,& tradimus , atque firmamus tibi idest integrum omne tuum paratum,& conquesitum intus & foris,quod nunc paratum, & conquesitum habes, vel quodammodo & in antea parare, & conquirere potueris intus & foris per quouis modum: omnia & in omnibus,quantum, & comodo tu tenere, & dominare videris,siue pro parte iuris nostri iam dictis aut per alium qualecumque modum, siue per scriptum , vel absque scriptum, vnà cum alia omnia, & in omnibus, quantum & quommodo,amodo & in antea tenueris vel dominaberis intus,& foris per quouis modum.Iterum concedimus, & traddimus tibi & omnes difisos , & commendatos, seu censitos tuos intus & foris cum omnibus illorum pertinentijs, vnà cum alijs omnibus hominibus tuis, & cum omnibus illorum pertinentibus . Inter ijs omnibus concedimus, & traddimus tibi idest integram omnem hereditatem , seu substantiam intus & foris de quondam Mansa , honesta femina, conuige tua idest domos & casalibus,seu terris rationabilibus,quamque fundoras , & ortus, seu mobilibus rebus mobilium & immobilium,seseque mouentibus , omnibusque eis pertinentibus,& omne tuum hospitatum fundatum & ex fundatum

cum

cum ipsorum fundoras & terris, seu cespites; vel omnes consuetudinarias censoras & regulis, responsatica, & salutes atque angarijs, & caballitauilationibus, vnà cum omne tuum paratum, & conquesitum, cum omnibus tuis pertinentibus, que simul ad ea pertinuit, siue per parentorum tuorum aud à partibus militie, aud à partibus Longobardorum, vel à parte iuris nostri publici, aud per alium qualemcumque modum: & diffisos, quos intus & foris cum omnibus illorum pertinentibus, & omnibus hominibus suis masculis, & feminis cum earum pertinentibus, alia omnia, & in omnibus vndecumque, aut comodocumque ad subscriptas coniuge tua pertinuit, vel pertinet, aut pertinentes fuerit per quouis modum. Et iterum concedimus, & tradidimus seu firmamus tibi quod idem molica casa Petri, qui nominabatur de Sabbatino, naturali tuo, qui vnà tecum est cum germanis suis. & molica casa de Maria, que nominatur Stora, que fuit habitatrix de intus Lanien. & modo habitas intus in ista ciuitate. & molica casa de Aldemari genero Gregorij presbyteri, qui nominatur Codafamulo: & inclita casa Boni cum Petro germano suo, que fuit de Salerno. Et inclita casa Alfani, que fuit de Salerno, & modo habitas in Cansarrea. Et inclita casa Marani, que fuit Labinie, & modo habitas in ista ciuitate. Et inclita casa Petri Salmentani, & Nicola fratri suo bardaro. Et inclita casa Venerusi, qui fuit de Capua, & modo habitas in ista ciuitate. Omnes vnà cum filijs, & filiabus, nurinis, atque nepotibus illorum, & cum omnibus eorum pertinentibus. Et qualiscumque homo extraneus venerit in ista ciuitate, aut in pertinentia istius ciuitatis, si autorem non habuerit ille in ista ciuitate, sit tibi & ad tuos heredes concessum, & traditum vnà cum filijs, filiabus, nurinis, atque nepotibus suis, & cum omnibus suis pertinentibus. Et iterum & qualiscumque homo extraneus introiuerit ad habitandum in domo tua, aut in Currellum, vel in rebus & possessionibus tuis, aut in alijs tuis pertinentibus, aut in casa de hominibus tuis, aut in rebus & possessionibus illorum: aut si ille vxorem tulerit, filia vel nepox aut sororem, vel de ipsis hominibus eius, si autorem non habuerit in ista ciuitate, sit ille tibi, & ad tuos heredes concessum, & traditum vnà cum filijs, filiabus,

bus, & nurinis, atque nepotibus suis, & cum suis omnibus pertinentibus. Et qualiscumque homo de ipsis hominibus eius fuerit, qualecumque artificia, vel legerit qualecumque negotia terram, marisque, omnia publicalia, & datione, que exinde exiet per quouis modum sit sibi, & ad tuos heredes concessum, & traditum tollendi, & faciendi exinde omnia, que volueritis. Et qualiscumque de ipsis hominibus tuis, & de hominibus de superscripta coniuge tua obierit absque proprio herede, siue despensata, & omnia, que in nostro iure publici exinde pertinuerit, cecidere, sit tibi & ad tuos heredes concessum, & traditum; faciendum exinde omnia, que volueritis. Seu firmamus tibi & omnes concessiones, & verboras, & cretuas, quantas & quales superscriptu genitor eius, vel auus tuus, vel tu ipse apprehenserunt, aut apprehensisti ad qualemcumque causam à parte iure nostri publici, sit tibi & ad tuos heredes firmas, & stabiles de omnia, que continet. Et ab hodierna die, & semper hec omnia, & in omnibus suprascriptis, que superius tibi concessi, atque firmaui, sicut superius legitur, à nobis, tibi sit concessum & traditum: & illud in tua tuisque heredibus sit potestate faciendi exinde omnia, que volueritis: & neque à nobis superscripto Sergio Domini gratia Consule & Duce, atque Magister Militum, neque à posteris nostris, qui post nos in nostro honore lecto per Duces accesserit, nullo tempore, nunquam tu suprascriptus Sergius, qui nominatur Crispanus parenti nostro, aut tui heredes, quod absit, habeatis exinde aliquantum quantumque requisitum, aut molestia per nullum modum, siue per submissam personam à nunc & in perpetuum temporibus. Quam concessionem, sicut superius legitur, à me factam Ioanni Primario scribere precepimus, in quo & nos robur pro eius ampriori firmitate manus propria subscripsimus. Die & indictione suprascripta. Ego Sergius Comes & Dux subs. In cuius rei testimonium præsentes litteras fieri, & pendenti Maiestatis nostræ sigillo iussimus communiri. Dat. Neapoli per Io. Grillum de Salerno, &c. anno Domini M.CCC XXXIII. die XX. Decemb. II. Ind. Regnorum nostrorum anno XXV.

DE

DE FACCIPECORIS.



AELIVS.

FAccipecori, qui & Protonobilissimi è Surrento venere eo, ni fallor, tempore, quo Dentices, Vulcani, & Serisales. Constitutis enim à Carolo I. Regni rebus, nobiles, qui Surrenti erant ditiores, fastidientes patriæ paruitatem, in qua præter inanem nobilis generis opinionem, & nudum nomen nihil esset magnificentiæ, aut splendoris, Neapolim se contulere, vbi in aula Regia versantes, maiora sperare possent. Sed an cum his, aut separatim venerint Faccipecori, nescio: sed eos à primis Caroli II. temporibus inter nobiles inuenio. Eorum domus erant in via ante portam maiorem ecclesiæ Cathedralis. Reperiuntur adhuc aliquot eorum marmorea monumenta, in quibus milites sepulti sunt. Quæ verò feuda possederint, legisse me haud memini. quadraginta verò ab hinc annis Ferdinandus Rex Iacobum Faccipecorum iurisperitum inter barones adsciuit, concesso ei Palisano. Item & alteri gentili ipsius Iacobi Muro in Salentinis: familiamque istam gemina feudorum possessione decorauit. Neapoli pene extincta est: nec ex illis superest nisi Scipio, scurrilibus magis, quàm patritijs moribus insignis.

VINDEX.

TAM malè rebus tempora componit Aelius; vt,quamuis hic ego illum apertissimæ postulem inconstantiæ,id procul maledictis secum agere videri debeam: cùm non modò in summa rei, sed etiam (id quod est maximum)in temporum serie, cùm historicum ageret, perperam lapsus est. Etenim cùm statuisset hoc loco Faccipecoros per idem fermè tempus,quo Vulcani,Dentices, ac Sirisales Surrento Neapolim commigrarunt, illinc etiam Neapolim traiecisse; confestim eorum, quæ haud ita pridem dixerat,oblitus,subdit Vulcanos, Friderico II.Cæsare,Neapolim appulisse:Dentices Carolo I. Rege: Sirisales denique centum quinquaginta ante annis, quàm hæc scriberet, in quos Roberti regnum vix incidit. Cùm autem à Friderico ad Roberti Regis obitum integrum pene seculum intercesserit, omnino ex duobus alterum Aelio fatendum erit, vel annos prope centum in vnum coaluisse, vel Reges illos vnà simul imperitasse. nam qui vnum admittit absurdum, & alterum admittat necesse est. & qui dixerit niuem esse nigram, is concedat consequenter oportet picem esse albam. Sed missas faciamus Aelij nugas. non enim Faccipecori (vt ipse autumat) in Protonobilissimos transierunt,sed hi potius omisso, quod antea profitebantur, Protonobilissimi cognomento, Faccipecori dici cœpti sunt sub annum CIƆ.CCC. XXX.Certè neminem ex ea gente ante id tempus legimus Faccipecorum vocitatum; cùm tamen è Protonobilissimis Philippus ac Landulphus, Manfredo

fredo Rege, inter Neapolitanos milites feudatarios versabantur [a]. quod militiæ attributum consecuti item sunt Carolo II. Rege Iacobus, [b] ac Roberto Rege Ioannes, complurium in Campania, ac Tarentino principatu feudorum dominus [c]. Neque minùs aberrât à vero idem Aelius, cùm Faccipecoros ex vrbe Surrento ortum habuisse contendit, nam à veterum tabularum testimonio dissentit, quæ gentem eiusmodi iam inde à Parthenopes incunabulis Neapolitanam fuisse communi suffragio declarant.

a In edit. monum.
b 1298.1299. B. pag. 23.
c 1331.1332. 15. ind. p. 71.



D E

DE VARAVALLIS.



AELIVS.

VAraualli è Caieta venerunt, vbi adhuc huius familiæ reliquiæ durant, & inter nobiles habenter. Neapoli verò nihil se præter ceteros mediocres nobiles extulere: cùm paucissimi ex illis equestre aut militare decus sequerentur, sed potius litteris ac medicinæ dediti, modicis fortunis contenti, vt plurimum, extitere. Ex his maiorem partem bonorum ad Nicolaum Caracciolum materno iure venisse scimus, ceteris Varauallis paupertate & fortunarum, & animi ægrè patritiam dignitatem substentantibus. in quibus est hodie Iacobus Regius medicus.

VINDEX.

GEmina omnino vel ipsi Aelio existimanda est Baraballa familia: altera Caietana, cuius domicilium Theatrum Baraballorum nuncupabatur antiquitus [a]: altera Neapolitana, nempe ex ijs vna, quæ ad Capiciam tanquam ad primum stipitem referatur [b]. Vtraque sanè perquam nobilis: nam è Caietanis Baraballis Agnellus, Roberto regnante,

a 1392. 1393. *pag.* 28.
b *Henr. & Io. Capicij Baraballi*. 1315. 1316. *E. pag.* 115 1326. *D. pag.* 212.

gnante,

gnante, à militiæ balteo, atque administratis Prouinciarum præfecturis præter alios multos excelluit [c]. Et multo ante in militum, ac feudatariorum album relati fuere Neapolitani Baraballi: quandoquidem Manfredum Regem, Romanis ciuibus, qui ab Alexandro IV. Pontifice desciuerant, auxiliares copias suppeditantem prosecutus est Petrus feudatarius miles [d]: qui cum gentilibus etiam suis Ioanne, & Iacobi herede militibus feudatarijs Carolo Andegauensi in Thraciam profecturo non defuit [e]. Interfuere etiam ex hac familia milites Bartholomæus, & Sinibaldus frequentissimo nobilium Capuani Sedilis conuentui, qui suis contribulibus vestimentorum luxum interdixere [f]. Lisulus præterea Cambellani munere [g], Henricus & Ioannes germani fratres [h] (siue Ioannes idem sit, siue diuersus ab eo, quem modò memorauimus) titulo, & virtute militari ante alios plerosque stetere: omnesque in præclarorum facinorum testimonium regijs donarijs ac largitionibus culti ornatique sunt. Ad eumdem quoque militiæ gradum euecti leguntur Iacobus [i], Nicolaus [k], Antonius, Martucius [l], Martuccellus [m]. Iulianum, Cæsam, & Dagazanum, vicos in agro Auersano, peruetus Baraballorum patrimonium ad Filimarinos transtulit Maria Ioannis filia, cùm Matino Filimarino nuptui collocata est. [n]

Illud tandem ingenuè fateor, assequi me minimè potuisse, à quibus nam historiarum fontibus hauserit Aelius, litteris potius ac medicinæ, quàm armis ac militiæ Baraballos vacauisse: quippe in indice Neapolitanorum nobilium, qui facultati eiusmodi nauauere, recenseatur Iacobus dumtaxat vnus: qui verò militares artes obiuere, quamplurimi.

c *Inst. Vallis Crat. & Terræ Iord.* 1326. *A. pag.* 85. & *Terrarii Sanctæ Reginæ* 1326. *C.* 312. atque *Capitinatæ. Arca A. manip.* 5. *anno* 1330.

d *In edit. monum.*

e *Ibidem.*

f *Ibidem.*

g 1384. *pag.* 205. *sed est anni* 1365.

h 1315. 1316. *E. pag.* 115. 1322. 1323. + *pag.* 13.

i 1269. *D. p.* 269. *àter.*

k *Neap. Sac. pag.* 172.


l 1382. 1383. *pag.* 213. *àter.*

m *Arca H. man.* 66. *anno* 1400.

n 1274. *B. p.* 184.

DE

DE FAMILIA DE SVMMA.



AELIVS.

TRistanus Caracciolus, vir summæ grauitatis è Pisis venisse gentem, quam De Summa cognominant, non semel mihi dixit. cùmque ego percontarer, quo pacto, quaue authoritate hoc affirmaret, nihil mihi respondere solitus erat. Ego autem veritatis indagandæ auidus, euolutis rerum Pisanarum scriptoribus, exploratisque Pisanis omnibus, quibuscum mihi aliquid fuit commercij, ne minima quidem coniectura locum inuenire potui, quæ Tristani dicto adstipulari posset: cùm nec vnquam talis familiæ mentio in scriptis appareat: nec vidi hominem, qui quid commune hæc familia cum Pisis haberet, mihi explicaret. Quapropter vero mihi similius videtur, Nicolaum è Sümma, oppido ad Vesuuij radices sito, iurisconsultum insignem huic familiæ initium dedisse. Hic Caroli II. & Roberti Regis tempore floruit, & in ecclesia D. Augustini sepultus est, vbi familiæ videntur insignia, Mons bicollis cum geminis turribus. quæ fortè honorem ab eo patrio monti partum indicant. Post illum plurimi equites aurati huius familiæ reperiuntur. mirum enim in modum bellicis artibus studuere, & Sfortiæ, & Iacobi Caldoræ tempore Ca-

lella

lella equitum strenuus præfectus, & aliquot alij fortissimi viri visi sunt. Hodie autem ex hac familia cognoscimus Nicolaum Mariam Alphonsi II. Regis castrorum præfectum, Bisaciæ ciuitatis dominum: item & Traianum Mirandæ: Aloysium, & Oliuerium equitum decuriones: item & Fabritium, cui Paula incliti Ducis Prosperi Columnæ soror nuptui tradita est. qui omnes quantauis gentilitati ornamento esse possent. Quapropter eos inter nobiliores Capuanæ sessionis nobiles connumerandos censeo.

VINDEX.


QVI de Summa cognomines, eorum progenies originem trahit ab Longobardis. Ergo Aelij vel incredulitati, vel infirmis à cognomento symboloque gentilitio ductis coniecturis occurrendum tandem est veterum schedarum monumentis, quæ testatum nobis reliquerunt, illos in nostrum Regnum concessisse iam inde ab anno nostræ salutis CIϽ.CC.XXXIX. qua quidem tempestate Fridericus II. Saponariæ, & Picerni Baronibus custodiendos, tutandosque tradidit Obertum de Summa, & Perciuallum de Summa ex præcipua vrbis Mediolani nobilitate [a]. Hinc facilè adducor ad credendum eiusmodi familiam de Summa maximopere illustrem Neapolim confluxisse. Neque enim vlla ratione persuadere mihi possum, Nicolaum de Summa, si modò ille ex hac gente primus nobililatem indeptus sit, Beatricis de Aquino coniugium fuisse promeritum [b]: quæ patre quidem nata ex Acerrarum Comitibus inclytis: matrem verò sortita Stephaniam illam ma-

a *In edit. monum.*

b 1305.1306 *C. pag.* 221. 1306. *B. pag.* 206.

M ioribus

ioribus de Anglono progenitam; qui quamuis ob varios, multiplicesque Comitatus ac titulos conspicui forent, quamuis multis magnisque oppidis potirentur, maluere tamen ab vno Anglono, quàm ab alijs omnibus tanquam proprio cognomento dignosci; propterea quòd sicut in Etruria Pratum, in Cisalpina Gallia Crema, in Piceno Fabrianum, Nethum in Sicilia; ita Anglonum in Samnio alijs oppidis magnitudine præcurreret. Quin eo cognomine ducentos amplius annos insigniti, totaque Italia celeberrimi affinitatibus sese deuinxerunt multo præclarissimis.



DE

DE COSSIS.



AELIVS.

COssas, Saluacossas ducentos ab hinc annos vocatos esse certum est, vt testatur Caroli II. Regis priuilegium, quo Petrum Saluacossam, Tscla oriundum, Bellantis Comitem declarat. Hinc etiam apparet, illos ex Tscla Neapolim venisse. Verùm Petrus Cossa, Prochytes Dominus, affinis mei cognatus è Roma Tsclam venisse Cossas pertinacissimè contendit: atque ex illo Cornelio Cosso originem ducere, qui spolia opima de Larte Tolumnio, Veientum Rege Ioui Pheretrio retulit. quod mihi planè ridiculum videtur. Quid enim commune Romanis Corneliis Cossis cum Cossarum insignibus, quæ humanæ coxæ figura exprimuntur? Ego Saluacossas eos appellatos arbitror ab aliquo euentu, quem, qui priùs illorum insignia instituit, coxa inflexa figura significare vellet. Sit quodcumque. hæc tamen familia inter nobilissimas connumeranda est, si potentiam, si diuitias, si magistratus, si illustrium virorum frequentiam spectemus. Nam inter Neapolitanas familias nescio quid pulchrius esse possit, quàm ducentos iam annos ante è paucissimis, qui illo tempore Comites erant, vnum è suis gentilibus demonstrare posse. Quid dicam

de Prochytes insulæ dominatu, quem paulo post acquisiuere, & adhuc eo potiuntur? quid de Gaspare, quid de Marino Cossis, viris maritimæ militiæ peritissimis, & plurium triremium dominis? quos coetanei Reges plurimi fecere. Quid de Baltassare? qui, si qua virtute Pontificatum Maximum adeptus fuerat, eius possessionem retinuisset, hæc familia inter Italiæ primarias censeretur. Quid de Ioanna Renati Regis tempore Troiæ Comite? quem patres nostri Preregem viderunt in ea Regni parte, quæ Renato parebat. qui si fata tulissent, vt Renatus Regno potiretur, primum à Rege locum habiturus videbatur.

V I N D E X.


QVanquam nonnulli ab Aelio dissentiant, arbitrantes Cossas esse alios, ac diuersos à Saluacossis[a]: mihi tamen visi sunt à veritate longiùs aberrasse: namque ambo ex eadem Inarimes vrbe prodierunt, & (quemadmodum illic obseruatum est) ambo eadem vsurpant gentis insignia. Quin & in Archiuo legitur Thomas Cossa filius Nouelli Saluacossæ, Stephanus Cossa filius Matthæi Saluacossæ: qui quidem Matthæus, Ioannes, Petronillus, & Gaita modò Cossæ, modò Saluacossæ cognominantur[b]. Neque verò eiusmodi cognominis imminutio est nostratibus insolens: legimus enim Cacapicios, Lagonissas, Aldemoriscos appellatos quoque fuisse Capicios, Gonessas, Moriscos. Iam verò præter ornamenta huiusce familiæ ab Aelio in medium allata, illa extulit in lucem tres duces generales classium maritimarum, Michaelem sub Imperatore Friderico II. Marinum, qui gradum illum

a *Scip. Ammir. in hac famil. pag* 85.

b *Histor. m* 5. *Cesar. Pagani.*

lum bis est adeptus ab Rege Carolo II. is dissipauit ac fregit classem Siciliensem ad Zerbas. quòd si in eo conflictu Mauri victores non discessissent; æterna profecto laude dignatus esset Marinus ob singularem virtutem, quam in eo præsetulit. Alterum denique Michaelem eduxit generalem quoque Ducem Reginæ Ioannæ II. à qua cùm postea defecisset ob eam, quam gerebat simultatem cum Sirianne Caracciolo, apud Reginam gratiosissimo; insecutus est Alphonsi partes, eique sua virtute, atque industria Aenariam omnem insulam tradidit.

Idem Ammir. & Franciscus de Petris. in hist. pag. 122.



D E

DE TOCCHIS.



AELIVS.

TOcchi Beneuentani antiquitus fuere, sed nescio an indigenæ, vel è Longobardorum genere. Neapolim, Federico II. Cæsare, se contulere; cùm eo tempore multa in Samnio castella Tocchorum ditionis essent. Mortuo deinde Federico, atq; Sueuorum genere penitus extincto, Carolo Primo, & Secundo militantes claruere: à quibus Martinæ Comitatum obtinuere. Procedente deinde tempore, cùm Tarentini Princeps è Regio sanguine de Graciæ imperio iure materno decertarent, multi è Tocchis fortissimi viri illis in bellis egregia facinora edidere. è quibus vnus, collapsa iam Tarentinorum Principum domo, Lartam, cui eorum nomine Dux præerat, occupauit, ac summa cum animi præstantia, ac virtute principatum in ea sibi suisque constituit, quem eius successores vsque ad nostram memoriam tenuere: quo tempore Turcarum potentiæ, ac felicitati resistere diffidentes, aliena auxilia implorare coacti sunt: quorum tarditate, è principatu tandem eiecti ad Ferdinandum Regem se contulere, qui eorum calamitatis misertus, Briaticum, & Calimeram in Brutijs eis dono dedit. Sed ad

eos

eos, qui Neapoli remansere, redeamus. Hi bellicis laudibus insignes Montemiletum, Pomilianum ab Arcu agnominatum, aliquotque alia castella ob virtutis merita ab Andegauensibus Regibus obtinuere. quibus splendidè viuentes, nescio quid maius, quam priuatos nobiles redolere visi sunt. Quò effectum est, vt pleraque familiæ apprimè nobiles cum Tocchis affinitatem contraxisse glorientur.

VINDEX.

PRodunt plerique Tocchorum familiam à Totila Gothorum Rege originem ducere [a]. Ego verò, qui cum animo statutum ac deliberatum habeo, in hoc opere præterire, quicquid probare apertè non possum; id neque aio, neque reprobo. Notum tamen omnibus exploratumque est, Tocchos nostro in Regno adhiberi, tractarique passim iussu regio perinde solitos, quasi regiam personam sustineant: ac proinde immunes esse vectigalibus omnibus, quæ pro signo publicarum scripturarum penduntur ab alijs. Quin etiam, si quando Regium Palatium adire eos oporteat, peruadere iure suo possunt conclaue illud, quò pedem inferre ijs tantummodò fas est, qui cum tituli alicuius prærogatiua se profitentur Catholicæ Maiestatis beneficiarios, præterea nemini.

a *Volater. lib. 8. Geog. c. de: Maced.*

Baroniæ Tocchi, quæ præter id nominis oppidum, Vitulanum etiam, Catianum, Folle, & Salam complectebatur [b], tam vetusti extitere Toparchæ [c], vt incertus animi sim, an Tocchi homines sua nomina oppidis tradiderint potius, quàm ab oppidis acceperint. Ceterum inter eos militari virtute adeo præstitit Ludouicus, vt ab Roberto Rege classi & copijs summus Dux contra Siculos datus fuerit. [d]


b 1404. + pr. 44.

c *In edit. monument.*

d 1343. 1344. *D. pag.* 137. 1344. 1345. *B. pag.* 40.

DE

DE AVERSANIS.



AELIVS.

ERat in sessione Capuana familia quædam nobilis, quæ de Auersana vocabatur, de qua præter aliqua marmorea monumenta eorum nomen, & militarem titulum indicantia, nihil magnificum inuenio. quamuis aliqui suæ sessionis magistratus gessisse reperiuntur.

VINDEX.


AVersanos non à militiæ tantùm titulo, sed à feudalibus quoque opibus antiqua monumenta commendant. siquidem Manfredo, & Carolo I. Regibus, ex hac familia feudatarij extitere non pauci [a]. Mox etiam Franzonus Petinam, & Romagnanum indeptus est iure hereditatis, sibi à Maria Scillata eius auia legitimè delata [b]. Quin ante id temporis Riccardus baro erat in Campania sanè prædiues, ac multorum vassallorum dominus, sicut æstimari fas est ex subsidio, quod sibi ab ijs postulauit impendi, quo primùm tempore Manfredus eius filius ad militiam euectus est [c]. Idem quoque è Regni Baronibus delectus, vt vnà cum

a Barthol. Henricus, Manfredus, Heres Domini Gualterij, Riccardus in edit. monum.
b 1329. F. p. 91.
c 1273. A. p. 269.

cum Gualterio & Berardo Caracciolis, Marino Filimarino, Berardo de Tufo, ac Marino Siginulpho Carolum Martellum prosequeretur [d], cum ille Regi patri è Tuscia aduentanti foret obuiam processurus. d 1292. C. p. 184.



DE CATANEIS.



AELIVS.

Cataneos è Salerno venisse comperio Ioannæ I. tempore; ibique apprime nobiles fuisse, Masucius Guardatus Salernitanus mihi ostendit in veteribus Salernitanarum rerum monumentis. Ex quo processisse mihi persuadeo, ut absque aliqua repugnantia subitò inter Capuanæ sessionis nobiles asciti, illis iisdem temporibus inter magistratus inueniantur. Militauere pro Carolo III. plures ex hac familia milites, ac turmis equestribus præfuere: sed quæ oppida seu castella possederint, nescio. Hodie tamen planè extincta est.

VINDEX.

Catanei sunt re vera Siculi, ex Insula Sicilia, & peculiariter ex vrbe Catana oriundi: quemadmodum ex priuilegio Caroli II. colligitur, cùm is Virgilio dono dedit castrum Biccarum, & casale Chiminum in Valle Mazariæ: Neapolioni Cataneo largitus est pagos Albulam, Mamolinam, & Buxenium in Valle Nethi[a]. Post aliquot verò annos

[a] 1299. C. f. 41.

annos pinguium redituum affluentia eosdem locupletauit, ornauitque pro fidelitate, quam in solemni illa Siculorum defectione erga se ipsum præstiterunt, fortunis omnibus, bonisque posthabitis, atque proiectis [b]. Ex ijs Virgilius assecutus est Magistri Rationalis magistratum [c]. Neapolio fuit præses prouinciæ, quæ nunc dicitur Principatus, ac Salerni Stratigotes [d]. qua in vrbe eius posteri aliquo temporis interuallo vixerunt, ac progressu temporis adoleuerunt. Videre porro est plerosque ex hac familia militari dignitate insignitos, atque à Regibus ad eximia, præcipuaque munia adhibitos. Iacobus administrauit, rexitque Prouinciam Capitinatam [e]. Raimundus fuit Regius thesaurarius, ac Podium vallis suo iure possedit [f]. Thomas fuit Castri Capuani præses [g], Henricus in Regno tribunus militum [h], at, qui se sublimius extulerit Gualterio Regiæ Vicariæ Regente [i], quo tempore Regina Ioanna II. regnabat, vidi neminem.

1303. *B. pag.* 30.
b 1304. 1305. *F. pag.* 63.
c 1305. 1306. *B. pag.* 99.
d 1303. *A. p.* 18.
e *Arca C. manip.* 81. *anno* 1321.
f 1309. *B. pag.* 189.
g 1331. 1332. *C. pag.* 41.
h 1400. *pag.* 167.
i 1423. *p.* 176.



DE SIGINVLPHIS.



AELIVS.

Siginulphi quantæ ſint in ſeſſione Capuanæ antiquitatis, & nobilitatis hinc percipi poteſt, quòd ducentis, paulò minus, ab hinc annis illuſtris iſta familia eſſe deſijt in duobus fratribus, quorum vnus Caſertæ fuit Comes, & Magnus Regni Camerarius: alter Theleſiæ, & Magnus Regni Cancellarius. Huius tamen familiæ reliquiæ hi eſſe perhibentur, qui nunc Paſſarelli nominantur, qui paupertate oppreſſi vix à ſuis contribulibus pro nobilibus agnoſcuntur.

VINDEX.


NON vni obnoxius errori eſt Aelius, Siginulphorum gentem exiſtimans vnà ſimul cum ijs Comitibus interijſſe, ex quibus generis vetuſtatem, claritatemque aucupatur: nam & illarum dignitatum tituli nati, denatique ſunt vna Caroli II. Regis ætate, & prole Marini Comitum fratris vltra centum annos familia propagata eſt. ſiquidem Marino Franciſcus, quo Ioannes, quo Franciſcus

Dux Guardiæ in hac familia. pag. 385.

ciſcus alter procreatus eſt, qui auitam Frignani oppidi hereditatem creuit anno CIↃ.CCC.XCIV. Igitur Siginulphorum non modò vetuſtas, ſed ſplendor etiam coniectura facilè ducitur ex perantiquis tabulis, quæ Neapoli in D.Georgij maioris aſſeruantur, charactere Longobardico exaratis, & antiquitatis dente valde corroſis, ex quibus collegi inſequentem particulam. *Regnante G. . . . . Siciliæ & Italiæ Rege, dominationis eius ciuitatis Neapolis anno VI. die . . . . Indic. X. Domina Limpiadra Gaietana cum conſenſu Iohannis Cacapice viri ſui vendidit Domino Sergio de Domino Sicenolfo, filio quondam Domini Iohannis de Domino Sicenolfo, dudum Comite de Abello partem cuiuſdam domus in vico, qui deſcendit ad Curtem S. Georgij intus ciuitatem Neapolis, iuxta domos Eccleſiæ S.Mariæ ad Silice.*



DE LIGNINIS.



AELIVS.

Ligninorum familia in Vlteriori Gallia nobilissima, Caroli Regis tempore cum secuta ad Regni expugnationem, fortem illi operam præstitit: qua de causa Rex illos pluribus ditauit oppidis in Valle Sangri, quæ vsque ad nostram memoriam tenuere: sed hodie à Caracciolis possidentur. Huius familiæ aliqui in sessione Capuana recepti sunt: ceteri verò, qui Sicinianum, Romagnanum, aliaque tenent in Lucanis castella, sessionis muneribus minimè fruuntur. Verùm inter Regni proceres procul dubio ipsi etiam à Regibus habiti sunt. Fuit in hac familia clarus, Andegauensi Ferdinandi I. bello, Rainerius Ligninus, de quo noster Pontanus meminit in libro de bello Neapolitano, qui secundæ vxoris Antonij Caldoræ frater erat. hic acerrimus Ferdinandi Regis hostis, desperatis denique atque attritis Andegauensium partibus, Regno excessit, amissis, quæ in Valle Sangri possidebat, pluribus castellis.

VIN-

VINDEX.

LIgnini antequam è Gallia Neapolim commigrassent, viri erant in Gallia magnæ nobilitatis ac nominis. nempe illic feudo potiebantur nomine Ligni, à quo secuti morem aliorum toparcharum, cognomen sibi accersendum existimarunt. Id vero feudum post annos tres, quam Carolus Andegauensis Neapolim pedem intulisset, in Gaufridi Lignini dominationem, ditionemque peruenerat [a]. Ij in seruitutem atque obsequium eius Regis tanta cum virtutis, ac fidelitatis laude dediderunt sese, vt esse vnos ex magnatibus vel nostro in Regno demererentur, vbi præter castella ab Aelio commemorata, in suam possessionem adsciuerunt S. Nicandrum, Campum Clarum, S. Gregorium, S. Petrum, S. Martinum, S. Andream, & Casale Nouum. Affinitates præterea contraxerunt oppidò illustres. Balduinus nimirum nuptias contraxit cum filia Sparani de Baro, Magni in Regno Protonotarij [b]: Ioannes cum Isabella de Gesualdo [c]. Margarita verò Lignina collocata nuptui fuit cum Antonio Caudola, Vasti Marchione [d].

a 1269. *D. p.* 234.
1305. *B. pag.* 142. *àter.*
b 1335. *D. p.* 15.31.
1335. 1336. *B. pag* 409.
1309. *H. p.* 6.
c 1335. *D. p.* 11.
d *Dux Guardiæ in fam. de Franco p.* 169.

EVA-

EVAGATIO
AE L I I.

MVltæ etiam familiæ, Carolo Primo, & Secundo Regibus, in veteribus Capuanæ sessionis monumentis passim reperiuntur, ex quibus nec hodie, nec fortasse centum ante nostram ætatem annis quispiam supererat. Quis enim Mastaros, Arbustos, Francos, Bassos, Sardos, Paparones, Sicchimanos, De Valle, Romanos, De Insula aut vidit, aut parentes suos vidisse audiuit? Nec eos omnes extinctos esse credendum existimo: nam aliquarum familiarum nomina adhuc supersunt, & inter plebeios hodie adnumcrantur, Fortuna, & Natura suas versante vices. Hinc liquidò constat, diuitias, & virtutem maximè necessaria esse conseruandæ nobilitatis instrumenta: atque è contra secordiam, & paupertatem certissima eius euertendæ adminicula. Quamobrem ij, qui verè nobilitatis studiosi sunt, non modò quærere debent originis nobilitatem, verùm perpetuam nobilitatis magnificentiam, ac splendorem; quibus vna ætate deficientibus, nobilitas ipsa languescit. Quis enim compos mentis, si vna ex istis, quas supra dixi, familijs hodie superesset, & sessionis etiam prærogatiua potiretur, magis, exempli gratia, Mastarus, aut Arbustus, aut Francus, aut Bassus, quàm De Summa, Filimarinus, aut Crispanus esse vellet? quarum trium familiarum nouitatem supra demonstrauimus, sed cõtinuam à principio nobilitatis magnificentiam, & militum virtutem, ac eorum vitæ splendorem vsque ad hodiernum diem. Itaque laudandum est Dantis Aligerij dictum illa in cantione, quam de Nobilitate scripsit, notans quorumdam nebulonum ignauiam, qui à fortissimis,

ſimis, ac maximis viris ſe ortos eſſe glorientur , cùm ipſi ſint & imbelles, & ſecordes, & ſtolidiſſimi. Nec ſilentio prætereundum cenſeo , quid mihi paucis ante menſibus acciderit : cùm ex eo cognoſci poſſit, quanta ſit quorumdam hominum ignorantia, vanitas, & iniquitas. Sedebat in mea bibliotheca nobilis quidam è ſeſſione Nidi, cuius pater obſcuro genere natus, neſcio quo fato inter Nidi nobiles allectus fuerat. hic ridens, & gloriabundus mihi retulit, paulò ante in prætorio cùm eſſet rogatus, vt ſponſionem faceret pro carcerato vnciarum centum, de iudicio eum ſiſtendo; ſe promiſiſſe libenter pro vncijs quinquaginta fideiuſſurum : verùm veniente altero de ſeſſione Portus, e ſtirpe Medianorum, & reliquarum vnciarum quinquaginta ſponſionem promittente, cùm ante tabellionem, quem Actorum Magiſtrum vocant, ventum eſſet ; Nobilem ſeſſionis Portus ſubitò in fideiuſſorem acceptum, ſe verò in fideiuſſorem accipere illum renuiſſe ob ritus obſeruantiam, qui prohibet nobiles Capuanæ, & Nidi in fideiuſſores à curialibus accipi . ideoque in cachinnos effundebatur. Mihi iniquitatem abhorrenti primò ſtomachum fecit: mox ex eius cachinnis ſtoliditatem eius agnoſcens , in multò maiores ego cachinnos iracundiam verti , eius ſtultitiam, ignorantiam, ac impudentiam irridens, qui neſciebat, eo tempore, quo nobilis illius ſeſſionis Portus maiores inter ciues Medianos numerabantur , ſuos (quod multò deterius eſt) agricolas, & ſeruilibus miniſterijs deditos fuiſſe . & ſicut ouis pauonum in gallinarum nido poſitis non pulli gallinacei, ſed pauonini naſcuntur, & è contra: ſic ſuos non mutaſſe genus ob Sedilis, in quo recepti fuerant, dignitatem. nec è contra, nobilis illius maioribus, qui gradatim militariter viuendo priſcam medianitatem , vt ita dicam, exuerant, ob-

stare ritus illius in fauorem verorum nobilium institutionem. Nam nimis esset absurdum, si lanionis filius, aut salsamentarij inter Capuana nobiles aliquo casu acciperetur: & è contra alter honesto loco natus, quatuor aut quinque progenitores milites ostentans, aut aliorum Sedilium, aut nullius omnino Sedilis esset, dicere illum Capuana nobilem praeferendum, initiumque nobilitatis recentioris perfectius esse, quàm existentia alterius, quatuor aut quinque claris viris firmata: quia aut in Sedilibus alijs, aut non omnino in Sedilibus numeratur. Sed ad recensendas aliorum nobilium Capuana sessionis familias redeamus.

V I N D E X.

ASserenti Aelio, posse familiam quampiam è sublimi gradu nobilitatis ad terram affligi, afflictamque redigi in infimum plebis ordinem, nihil aduersabor: quin ad eius rei probationem vnum, alterumue exemplum apponam. Neque necesse habeo, exempla captaturus vel peregrè abire, nam ea suggeret vrbs nostra Neapolis: neque confugere ad veteres, ac multiplices Fortunæ casus, nunc has efferentis familias, nunc illas pro suo arbitrio deprimentis: quoniam multò mihi recentiora suppeditabit exempla Ferdinandi de Marra, Guardiæ Ducis opusculum, quod moriens mihi reliquit, & apud me asseruatur in præsentia. in quo opusculo traditum est, familiarum plerasque annis quidem superioribus fuisse diuitijs maximè opulentas, ac nobilitate mirum in modum præditas: sua verò ætate visas fuisse ad terram afflictas, perditas, atque omnino pessundatas. commemo-

memorat inter cetera de quodam viro ne, dicam, an potius heroe? qui cum esset à generis nobilitate splendidissimus, à titulorum splendore praeclarissimus, ab affinitatibus & cognationibus amplissimus, vsque eò deuenit miseriarum, vt calceos suos, quippe obsoletos, ac laceros commutaret interdum cum calceis vilissimi famuli alienæ domus, eo quòd forent ab officina recentiores, & aliquanto nitidiores: coactusque aliquando fuerit, in publico xenodochio, in quod gratis admittebatur, cubare pernox, & in nosocomio tandem animam suam eflare. Idem quoque Guardiæ Dux, quem semper honoris, & amoris causa nominauerim, narrare solebat, se de facie cognouisse mulierem quamdam; patre quidem patritij ordinis progenitam, matre verò regij sanguinis participe, sorore Principis absolutæ ditionis, directique dominatus, qui actu imperitabat, iunctam matrimonio fuisse (quæ erat grauitas egestatis) homunculo humili, ac plebejo. In hac igitur varietate fortunæ nihil equidem ab Aelio discrepauerim: reliquis verò rebus, quæ ab eodem commemorantur, haud quaquam adstipulor. etenim, quamuis apud plebem aliquot adinueniantur cognomina, quæ à personis nobilibus retinebantur antiquitus: ambigua tamen illa sunt, seu, vt logicè loquar, æquiuoca: quandoquidem vtrarumque cognomina eadem sunt secundum vocem: familiæ verò eadem cognomina vsurpantes, omnino diuersæ. At contingere plerunque solet ambiguitas ab diuersitate euentorum. quæ quidem euenta in cognominibus magis arbitror, quàm causas quæri oportere. Et poterat Aelium, vtpote antiquitatis curiosum minimè latere, Masta-

 ros,

ros, & Caracciolos quamuis priscis illis temporibus cognomine distractos; eosdem tamen fuisse communione familiarum, mox progressu temporis, deposito Mastaro cognomine, Caracciolos cognominari cæptos esse. attamen qui olim Mastari dicebantur, perstant hodie, fortuna vtuntur secunda, titulis eximij, ac diuitijs affluentes, ipsique, & Caraccioli cognomines. & possem quidem singulos digito commostrare: omnesque condocefacere de serie, & continuatione vtriusque familiæ ad ætatem vsque nostram. Sed satius esse duxi, tacere in præsentia, neque litteris quicquam prodere, quàm præbere maleuolis, rerumque antiquarum imperitis calumniandi ansam. Addo præterea, Francorum familiam contra id, quod scriptum reliquit Aelius, non dum esse extinctam, neque vnquam transisse ad plebem, sed adhuc splendescere. quinimo vidimus ætate nostra eorum nonnullos redintegratos fuisse in Capuani Sedilis possessionem: alios restitutos in Capuæ ciuitatis nobilitatem, quam adhuc retinent cum titulorum splendore, ac dignitate. & dum hæc exaramus, ac foras emittimus, eamdem denuo recuperare tentarunt Neapoli in Capuano Sedili: & nisi me fallit animus, credo eos esse assecuturos: nam, cum eorum tabulas ipse versassem, deprehendi originem illos ducere ex Ioanne Franco, Domino oppidorum Castri, ac Putei Viui in Salentinis, qui Capuani Sedilis prærogatiua, Carolo II. regnante, potiebatur. At habeat Aelius suam illam excusationisne dicam, an ignorationis latebram? ad quam confugere subinde solet. certè illum præterire non debuerat, Matthæum Francum fuisse vnum ex ele-
ctis

ctis nobilibus Neapolitanæ vrbis, qui ab Alphonſo Rege loco gratiæ impetrarunt, vt quinque viri, aut ſexuiri ad ſuum arbitrium ſedare, & componere poſſent leues rixas, ſi quæ oborirentur interdum inter Neapolitanos patritios eorumdem Sedilium nobiles. Quapropter nullo vnquam pacto monere, ac teſtari ipſe debuerat, Francorum familiam fuiſſe prorſus extinctam in Capuana tribu multo ante, quam ipſemet Aelius, vel ſui maiores cognoſcere eorum aliquem potuiſſent.

In duobus præterea capitibus Aelius perperam labitur. quorum in vno liuorem: in altero ignorationem (repugnantia enim loquitur) præ ſe fert ſuam. Apparet primùm liuoris,& inuidentiæ plenus. nam teſtatur plebeium fuiſſe patrem illius adoleſcentis, audacter ac temerè contendentis ſe, eo quòd eſſet vnus de Nobilibus Nidij Sedilis, præſtantiorem eſſe nobilitate generis altero quodam,qui nobilitate Sedilis Portuenſis potiebatur. enimuerò hoc neque conuenire familijs Nidi Sedilis ab ipſomet Aelio commemoratis:neque quadrare aptè poterat in eas, quas ætate ſua in Sedile illud adlectas receſſere omiſit,quippe tunc temporis adeo ſplendidè lautèque viuebant, vt ne ſummis quidem Regni proceribus quicquam inuiderent. Deinde cum inſcienter, ac falsò etiam docuiſſet (in quo ipſemet ſibi viſus eſt repugnare) Criſpanos eſſe nouiter nobiles,nec admodum magni nominis,ac parum diuites: mox ſubdidit, eoſdem eſſe præferendos extinctis, quarum ipſe meminit, familijs,quæque præter nobilitatis antiquitatem oſtentare poſſent multorum feudorum dominatum, ac præſtantiſſimorum munerum excellen-

lentiam. Verumtamen non est à veritate dissentaneum, cùm Crispanos, & de Summa, tum etiam Filimarinos nihil omnino cedere debere alijs Neapolitanorum vel nobilissimis familijs, siue spectes antiquitatis originem, quemadmodum supra ostendimus, siue continuationem quamdam, ac seriem virorum heroicæ virtutis, qui in ijs familijs continenter effloruerunt.



DE

DE DENTICIBVS SYNODONTIS, AC STELLARVM.




AE L I V S.

DEntices, quibus insigne est Synodon piscis, Amalphiæ nobiles fuisse centum ante Carolum I. Regem annos ex ephemeridibus, quas mihi Colutius Coppula, iurisconsultus ostendit, clarè liquet. Neapolim venisse Caroli I. tempore arbitror: nam initio Regni Caroli II. eos in magistratu constitutos in Capuanæ sessione inuenio. indicium certè veteris eorum nobilitatis, cùm ab initio eorum aduentus absque controuersia in collegium nobilium adsciti fuerint, & in archiuijs Regijs multi Dentices milites inueniantur varijs sub Regibus. Carolo demum III. Antonius Dentices, cui Naccarella cognomen erat, Regij hospitij senescallus ob spectatam virtutem creatus, fortunam sui Regis vsque ad eius mortem secutus est. mox Ladislao Caroli filio eamdem fidem & operam præstans inter Regni proceres connumerari meruit, acceptis in obsequiorum præmium Vigiano, Peschice, Tschitella, & Varani lacus piscatione: quibus prouentibus se magnificè aluit, successoresque suos diuites reliquit. Vigianum à suis posteris hodie

hodie quoque possidetur. Yschitellam, Peschiten, & lacus Varani partem nuper ad Sangrios translatas vidimus, collocata Adriana Dentice virgine Ioanni Sangrio, ipsius Regis alumno. Alia, si qua sunt, huius familiæ ornamenta ignoro: ob ea tamen, quæ retulimus, mihi & vetusta, & nobilis familia videtur, atque inter alias notabilis; cùm supra centum annos eam inter proceres collocatam fuisse videamus, & procerum cognatione illustrem. quæ mihi non exigua nobilitatis pars esse videtur; cùm è cognationibus sanguinis paritas argui possit: præsertim cùm in dandis, atque accipiendis dotibus seruari videtur æqualitas.

DENTICES, quibus dimidius leo cum tribus subiectis stellis insigne est, Surrentinos fuisse legimus: licet ex eadem origine cum Amalphitanis multi eos esse affirment: quod facilè verum esse potest ob vrbium vicinitatem. De diuersitate insignium nullam penitus causam inuenio. Nobiles esse citra controuersiam hinc liquidò credendum est, quòd & in sessione Capuanæ, & Nidi promiscuè recepti, magistratus ducentis ab hinc annis gessere, equitesque plurimi insignes in marmoreis monumentis in ecclesia Cathedrali, & in æde D. Dominici, alijsque sacris ædibus hodie quoque videntur. Vsque ad Aragoneos Reges Caluium oppidum, Faicchium, Rocchettam prope Faicchium, atque Ducentam possedere. Hodie tamen pauperes modestissimam vitam ducunt.

V I N D E X.

DEntices tametsi in diuersa hodie Sedilia distrahantur, in quibus adlecti sunt, diuersisque distinguantur gentilitijs insignibus: omnes tamen eiusdem sunt familiæ, quæ Neapoli à Pandulpho Den-

Dentice propagata est. Equidem existimo eam familiam originem quidem trahere ex vrbe Amalphi: sed inde Surrentum, Surrento Neapolim commigrasse. siquidem Pandulphus ille, qui familiæ huiusce principatum obtinet, apprime laxum, amplumque possidebat in vrbe Surrento domicilium, in ea ciuitatis regione, quæ iam tum, atque hodie etiam Porta nuncupatur. Quin imo in area illius domicilij solo æquati, castellum inædificatum fuit à ciuibus Surrentinis [a]. Quocirca perquam nobilis omnino familia æstimanda est quemadmodum liquet ex perueteri syngrapha exarata anno nostræ salutis CIↃ.C.LXXV. qua admonemur, Regalem Denticem per generatores septem, quasi per totidem gradus descendisse ex Ioanne Dentice, qui in sua potestate ac ditione tenuerat ac titulo Comitis administrauerat oram omnem Amalphitanam ante annum ab ortu Christi millesimum [b]. Eiusdem claritudo nobilitatis coniectari quoque potest ex affinium colligatione, quæ ijs cum alijs iam dudum intercesserat. quippe in vrbe Neapoli Aquinos [c], ac Siginulphos [d], viros à splendore generis commendatissimos, affinitate sibi deuinxerunt. Quo autem tempore Neapolim appulerint mihi planè non constat. illud pro certo atque explorato habetur, illos, Manfredo Rege, potitos esse feudis in agro Neapolitano, atque vnà cum alijs ex nobilitate Neapolitana viris eumdem Regē fuisse prosecutos anno Domini CIↃ.CC.LX. [e] quo quidem anno eduxit is exercitum extinguendæ opprimendæque ecclesiasticæ ditioni: tenuisse præterea antiquitus sub suo dominatu Sfilicum Iapigiæ oppidum, quod à Philip-

a 1272. *A. p. 249. àter.*

b *Lib. instrument. S. Lauren. Amalph.*

c *Petri vxor Maria de Aquino* 1305. *D. pag* 110. 1317. *D. pag.* 135. *àter.* 136. *àter.*

d *Agnes coniux Riccardi Sigin.* 1311. *O. pag.* 69.

e *Petrus in edit. monum.*

f Fasc.48.pag. 148. àter. 1404.✠ p.88. po venditum fuit Roberto Tomacello.[f]

Verumtamen maiores suos, quotquot fuerunt, omnes virtute, atque authoritate longè præcucurrit Franciscus cognomento Naccarella, quod commentitium, fictumque fuit à Gallis, eorumque idiomate valet, collum tortum. tortam enim ceruicem vir ille gerebat siue natura, siue militari aliquo casu. Eius porro fuit maxima virtutis opinio apud omnes, magnaque existimatio apud Carolum III. cuius fuit Cambellanus, ac maximus Palatij æconomus,[g] in eiusque exercitu versatus primùm, cùm ille Neapolim armorum vi cepit: mox etiam cùm Apuliam contendit aduersus Regem Aloysium prælio dimicaturus[h]. Quare in suorum officiorum remunerationem obtinuit à benefico Rege Montem Draconis, oppidum in Campania anno nostræ salutis CIↃ. CCC. LXXXI.[i] Eodem etiam anno iussus dimouere Dyrrachij Ducissā de ditione omni, ac potestate, quam illa in prouincijs Apulia, ac Samnio retinebat, assecutus est facultatem non solum in suam potestatem, nutumque vindicandi ea omnia oppida tum Appula tum Samnitica, verum etiam vicarios, si opus fuisset, in idem regimen substituendi[k]. Duobus post annis eiusdem Regis concessu, ac munere habuit iuridicam omnem dominationem, quam Iordanis de Aquauiua, qui ab ipso desciuerat, possidebat[l]. Demum prosecutus est Carolum Regem in Pannoniam abeuntem, vbi non sine maximo animi sui dolore illum à Pannonijs per insidias interemptum vidit[m]. Mox Neapolim cùm reuertisset, eadem fide animique constantia Ladislaum Regem, adhuc adolescentem affectatus est: à quo postmodum

g 1383. p.35. 314.

h Constant. p. 197.212.

i 1381. p.240.

k 1381. p.345

l 1382. 1383. pag.316.

m Constan. p. 216.

dum

dum Vigiano, S.Iuliano[n], Peschice, Yschitella, ac Varano[o] donatus fuit: & Capuæ vrbis administrationem precario obtinuit[p]. factus denique vnus ex quinque viris, qui Regno loco Regis in Pannoniam abeuntis præessent[q]. Quibus omnibus vel animi ornamentis, vel fortunæ bonis successit eius gnatus Antonius, qui etiam, Naccarella, cognomen hereditarium habuit, neque cognomento, neque fidelitate, aut animi robore quicquam à patre degener. Atque ab hac radice pullularunt Dentices omnes de Synodonte pisce, à Capuano Sedili insignes.

n *Fasc.* 82. *p.* 186.
1392. *p.* 186.
o 1392. 1393 *pag.* 164. *àter.*
p 1398. *pag.* 8. *àter.*
q 1410. *pag.* 137.

AD Ioannem verò Francisci fratrem, cui ficte inditum est cognomen à vulgo Carestia, suæ familiæ primordia referunt Dentices Stellarum, qui Capuani Sedilis beneficio fruebantur antiquitus: hodie verò in Nidio Sedili ostentant nobilitatem suam. Fuit autem ille apud Reginam Ioannam gratiosissimus, à qua fuit in Regiæ domus familiaritatem admissus, in dominatum multorum oppidorum euectus, nimirum Calium, Francolisij, Iensani, Casalis Noui, Vetranæ[r]: factus denique eius Palatij maximus æconomus[s]. Verùm lapsu temporum ex illo gratiæ gradu, in quem eum Regina extulerat, nescio quo casu corruit: atque vnà cum Perrhino eius gnato traditus est in custodiam, è qua educi haud potuit, nisi loco mulctæ redditis Calibus, & Francolisio[t]. Sed Ioannes postea ab Alphonso Rege I. in Calium possessionem restitutus est[u]. suscepit quoque Ioannes, præter Perrhinum, filios duos, marem alterum, qui Iacobus, alteram feminam, quæ Catharina vocabatur. Hæc nupta fuit cum Matthæo de Marra, Scrini

r *Fasc.* 22. *p.* 105.
s 1423. *p.* 15.
t 1423. *pag.* 237.
u *Quinter.* 1. *Reg. Alph. I. pag.* 20.


Domino: humataque in sacello, quod est in celebri templo Montis Virginis, vbi insignia vtriusque familiæ, Marræ scilicet, & Denticis cum stellis conspiciuntur. Iacobus porro etiam Carestia, quemadmodum eius pater, vulgo est vocitatus. is cùm ab Rege Ferdinando Genuam, ac Mediolanum ad grauissima negotia legandus esset, habuit oppidum Fragnitum concessu, ac munere eiusdem Regis disertè affirmantis se ideo concessisse, vt eò suam coniugem ducere, atque illic inhabitare vnà cum tota familia posset. Perrhinus deinde vxorem duxit Isabellam de Ratta, Comitis Casertani neptem: ex quibus ortus est Tuzillus Loretelli, Sicizani, ac Torellæ dominus.[x]

x Hist. Marræ famil. m s. apud Vindicem.

Atque ex his omnibus liquidò apparet, familiæ claritate vtique maxima fuisse Dentices, qui ad antiquitatem splendoremque originis adiecerunt præclarissimarum affinitatum necessitudines, ac dominatum plusquam sexdecim castellorum. Quæ omnia armorum viribus, atque heroicis virtutibus sibi compararunt.

D E

DE AIOSSIS.



AELIVS.

AIossos nobiles è Germania venisse liquet ex veteri Federici II. Cæsaris priuilegio, dum Landulpho Aiosso Rocchæ siccæ castellum concedit, asserens, Landulphum difficillimis suis temporibus cum valida equitum turma è Germania venisse, atque plures annos fortiter, ac fideliter operam nauasse. Huius posteri equites probi, sed non admodum diuites extitere vsque ad Caroli III. Regis ætatem, qua Martucius Aiossus, equitum præfectus, post partum à suo Rege Regnum, aliquot castella muneris vice consecutus est: in quibus Flumariam fuisse inuenio, quam breuissimo tempore possedere. nam mortuo Carolo Rege, Raimundus Vrsinus Baucius eius successores paruo negotio è dominatu expulit. Succedente deinde tempore vsque ad hodiernum diem pauperes vixere; sed nobilitatem adhuc præseferunt generis.

VINDEX.

EXtincta iam sunt in Capuano Sedili Aiossorum capita omnia. Verumtamen extat ex ijs non.

non nemo in Sedili Portus. sed hic etiam propediem extinguentur, superstite dumtaxat vno Antonio, quicum mihi maxima intercedit necessitudo, nempe cum religiosissimo viro tum à moribus, tum etiam à litteris vel Regio congressu, vel Pontificia consuetudine dignissimo. Qua verò ratione ex vno in alterum Sedile gradum fecerint, nondum certum, atque exploratum habeo: probè tamen noui iam inde ab Sueuis Regibus eos fuisse feudatarios. postea verò, Rege Carolo II. Landulphus alter, ac diuersus ab eo, quem memorat Aelius, fuit multorum feudorum possessor [a], atque ab eo Rege ad maxima negotia adhibitus. fuit enim Terræ Bariensis præses [b], ac legatus ad Genuenses cum absoluto concludendæ pacis arbitrio [c]. Deinde verò Martucius Aiossus fuit vnus è ducibus Caroli III. atque opportunus author, vt Rex ille Neapoli vrbe potiretur, excluso Othone Bransuichio. nam cum Martucius ipse, ac Palamedes Bozzutus cum militum manu irrumperent in portam vrbis non vigilanter custoditam, & cum plausu quodam Caroli nomen inclamarent; effecerunt, vt Rex cum reliquis suis copijs ciuitatem iniret XVII. Kal. Iulias, Anno CIↃ.CCC.LXXXI. [d]

1288. *C. pag.* 202.
1289. *A. pag.* 28.
a 1290. *C. p.* 27.
b 1269. *B. p.* 158.
1295. 1296. *V. pag.* 160.
c 1299. 1300 *B. pag.* 272.

d *Annal. Ducis Montis Leonis.*

D E







AE L I V S.

BRancacij licet sexcentis ab hinc annis Neapolitani repertantur, eos è Pausilypo monte venisse liquidò constat: vbi ante Normandos Principes frequentissimus erat vicus, quem postea Neapolis amplitudo exinaniuit, sicut finitimas alias ciuitates, adlecta ad se nobilitate, defloranit. Vispullus Pancratij filius anno Christi fere nongentesimo Pausilypi valde locuples tribus cum filijs Neapolim venit, domumque sibi in ea regione, quam Giugiulam à quadam arbore vocant, comparauit magnificam cum sacello, quod hodie quoque extat. Huius testamentum vidi rudibus litteris Longobardis,

bardis, adeo temporis iniuria attritis, vt vix pauca ex eo percipi potuerint præter testatoris & trium eius filiorum nomina; quorum primus Barnabas, secundus Leo, tertius Sergius appellatus est. Hinc *Brancacij omnes fluxere, quorum multi ante Neapolim* Regibus *subditam in vetustis monumentis leguntur. Venientibus deinde Regibus Brancacij in primis se insinuauere, & ciuilibus ac bellicis artibus floruere. Verùm familiæ numerositate effectum est, vt, dum studio gloriæ certatim alter alterum rerum gestarum fama, & egregiorum facinorum decore vincere contendit, seipsos insignium differentia diuiserint. nam cum vetustum eorum insigne essent quatuor leonum pedes, bini hinc & hinc trabeatim dispositi, alij ob egregiorum facinorum testimonium à Regibus impetrauere, vt leonis pedes interposita cruce distinguerentur. alij addito pedum leoninorum numero, trabem à summo deorsum inter pedes posuere aut pictis aquilis, aut variorum pelle coopertam. alij trabem obliquam, quæ duos superiores pedes ab inferioribus diuideret: vt in tot marmoreis sepulcris hodie quoque in æde D. Dominici videri potest: quibus sepulcris hæc super alias omnes Regni familias abundat; non modò nobilitatis eius, sed multitudinis militum certissimum testimonium.* Tot *tamen equitum virtutibus oppidorum aut castellorum dominia data non inuenio ante Paulum Brancacium, cui Nuceriæ Comitatum Ladislaus Rex dono dedit: licet modico illum tempore tenuerit. nam, mortuo Ladislao, Zuruli eo tempore admodum potentes Nuceriam recuperauere. Eodem ferme tempore Thomas Brancacius Celiæ in Salentinis dominus effectus est. Pauli tamen successoribus, amissa Nuceria, Trentula, & Lorianum, vici agri Capuani superfuere, quos eius posteri adhuc possident: alijque aliquot castella*

stella

ſtella à Ladislai tempore vſque ad Ferdinandum tenuere. Sed ex ijs Brancacijs, quos vulgo Briacos dicunt, multi etiam caſtella poſſedere eo tempore: & mea memoria Marinus vir ſeueritate & bellicis laudibus inſignis, poſt debellatos proceres Regni rebelles, Noia Comes creatus eſt. Hodie tamen ex hac familia, præter Ioannem, qui Grumi, vici in agro Auerſano dominus eſt, nemo inter barones, aut proceres numeratur.

VINDEX.

NE cuiquam inſolens, ac peregrinum videatur, familiam vſque adeo nobilem, qualem eſſe Brancaciam nemo non confitetur, trahere ſui generis initium ex ignobili, humilique pago, Pauſilypo; aggreditur Aelius ſuo more comminiſci, eiuſmodi pagum ampli, laxique ædificij olim formam tenuiſſe, aliaque ſubnectere, quibus nemo ſuffragatur, ne is quidem, qui antiquitatis perquam ſtudioſus de eo vico tam accuratè ſcripſit [a]. nam de iſtis veteris Pauſilypi ſiue domicilijs, ſiue baſilicis veſtigium extat in præſentia planè nullum, nullæ apparent parietinæ. Quare ſemper equidem ratus ſum, Brancaciorum familiam ſuorum natalium originem ex Neapolitano ſolo deduxiſſe. quoniam verò multas poſſeſſiones, ac prædia Pauſilypi tenuerunt, datus eſt coniectandi locus, illos eſſe ex eo pago oriundos. quaſi verò non poſſent Neapolitani viri nobilitate inſignes fortunæ bonis in eo pago affluere, qui nobiliſſimo cuique Neapolitanorum in amore, atque delitijs ſemper fuit. Quo circa tyrocinium ſuæ nobilitatis antiquitus in vrbe Neapoli Brancacij poſuere primum:

[a] *Capac. in hiſt. Neapol. pag. 367.*

adiecere postmodum nobilitati (vti scripturæ docuerunt) feudorum splendorem iam inde ab Normandorum Regum temporibus, quando Marinus multorum feudorum magnus erat Dominus, ac lautus Baro:& quamquam in scripturis minimè explicantur feudorum nomina sigillatim ; ea tamen fuisse & numero plura,& amplitudine magna coniectare fas est ex subsidio,quod ratione feudorum tribuere Regibus debebat,Terræ Sanctæ in libertatem vindicandæ. subsidium autem erat, vt contribueret pedites XV. qui in veteri scriptura dicuntur Seruientes; ac milites VIII. cum singulis equis singulos:qui in veteri scriptura dicuntur absolutè,Milites.


Neque verò ante Ladislaum Regem ijsdem Brancacijs deerant castellorum possessiones: nam, vt nihil dicam de Brancacijs ferme quindecim Manfredi & Caroli I.Regum ætate feudalium bonorum diuitibus [b] ; Ioannes fuit Legoniani,Collis Domnici, Aquauiuæ, & Altauillæ possessor in Samnio [c]. Thomas fuit baro Roccæ de Euandro, Maleti, Ortæ, Cilentiæ, & Grumi [d]. Magdalena fuit domina Roccæ Gulielmi, & Vineæ Castrensis [e]. Alijque aliorum feudorum compotes.

Denique ad ornamenta alia tam illustris familiæ addere non cessabo Romanæ Purpuræ nitorem, ad quem Landulphus [f], Rainaldus [g], Ludouicus [h], ac Thomas [i] promoti meritò fuere.

b *In edit. monum.*
c 1329. *F. p.* 55.
d 1381. *pag.* 198. *fasc.* 48. *pag.* 147.
e *Eodem fasc.* 48.
f *an.* 1294.
g *an.* 1384.
h *an.* 1408.
i *an.* 1411. *Ciac. p.* 798. *C* 992. *F.* 1070. *E.* 1088. *C.*

DE

DE PIGNATELLIS.



AELIVS.

PRoximi Brancacijs antiquitate ſunt Pignatelli nobiles, quos ex Acerris veniſſe reliquiæ huius familiæ, quæ ibi remanſere per plures annos, planè docent. quæ reliquiæ etiam Caſertæ incolatum feciſſe reperiuntur. Hinc Neapolitanorum Regum *temporibus in eodem archiuij libro leguntur multi Pignatelli milites è Caſerta, atque Acerris, multique Neapolitani. Et ſi quis fortè arguat, eos priùs Neapolitanos fuiſſe, & inde Acerras illorum partem, Caſertamque petijſſe; natura tamen ipſa, quæ ſemper mutationem de bono in melius ſuadet, coniecturam penitus extinguit: præſertim cùm à paupertate id procedere non videatur. vtrique enim milites leguntur, & vtriſque bonorum conceſſiones, & priuilegia à Regibus indulgentur. Sed in ſcripturis antiquis anni* CIƆ.C.XC.*Neapolitani reperiuntur, & ſignanter in quodam diplomate, quod eſt apud Nicolaum Mariam* Caracciolum, *incipiẽs:* Aliernus Cutonus, *vbi inter Decuriones, qui Neapolitanam Rempublicam adminiſtrabant, quos* Comeſtabulos *appellabant, vnus è Pignatellis legitur. Ideo quibus temporibus Neapolim*

venerint, affirmare non audeo: nec qui ex eis Normandorum, aut Sueuorum Regum tempore clari fuerint. Verùm liquidò constat, Petrum Pignatellum vnum ex illis fuisse, qui Carolo I. Regi venienti ciuitatis nomine claues obtulerunt, & fidelitatis iuramentum præstiterunt. Continuatis deinde temporibus & in Nidi sessione primarij, & apud Reges non paruæ authoritatis fuisse leguntur. nam licet pauca admodum castella possederint, in quibus Fagianum, ac Sanctum Stephanum fuisse legimus, multi Prouinciarum præsides, ac arcium præfecti: multi denique rusticorum feudorum domini, diuites & splendidi leguntur. Ab Aragoneo tamen Alphonso Rege familia hac in maximam egestatem redacta fuit, ac proxima excidio; ni eam Carolus, & Cæsar patrueles paucis ante annis fulsissent. Carolus sua virtute, & filiorum: illustri Cæsar magistratu, quem Magni Camerarij Locumtenentem dicunt. Viuit hodie Hector e Caroli filijs maior natu; item & Fabritius Hierosolymitanus eques, Baroli prior, viri amplissimi. Hector Montem Leonem, & Mottulam Aragoneorum Regum munere possidet; sed maiora illi auguror. Cæsar duobus filijs singulas virgines vxores dedit, quarum vna Turittum, altera Martinianum ad hanc familiam transtulit.

VINDEX.

QVotidiano vsu didicimus, nobilissimum quemque Neapolitanorum consuesse Neapoli, è ciuitate nobilissima immigrare in pusillas vrbes, vel castella, vbi prædia, aliaue possidet fortunæ bona. quò faciliùs in ijs augere possit facultates suas, sibique comparare alias feudales opes

ad

ad suæ gentis incrementum, & amplitudinem. quæ domicilij locique mutatio, quoniam est de bono in melius, tantum abest à vituperatione aliqua, vt plurima etiam laude digna videatur. Quare stolidum me, ac mentis impotem existimarem, si quicquam laborarem in confutanda Aelij stultitia, qui cùm Pignatellos esse in vrbe Neapoli multò vetustissimæ nobilitatis vltro fateatur; contendit tamen eius nobilitatis primordia repetenda esse ex Acerris, atque è Caserta, vbi pleraque tabularum priscarum monumenta apertè declarant, eos esse longè recentiores: quippe è locorum angustijs ad ciuitates amplissimas, ac splendidissimas fieri mutatio solet. & illi quidem ostendunt sui generis nobilitatem iam diu floruisse Neapoli tum ex magistratibus obitis sexcentos ab hinc annos, tum verò etiam ex feudorum possessione. constat siquidem huiusce familiæ sex viros patritios propter feudorum possessionem in agro Neapolitano, meruisse in Manfredi Regis exercitu, quem ille aduersus Alexandrum IV. Pontificem Max. conscripsit, & comparauit [a]. Quin etiam ex vassallorum possessione intra Neapolitanæ vrbis mœnia [b] colligitur, eos fuisse barones magni nominis, iam tum ab Normandorum Regum ætate, qui eiusmodi dominatum tantummodo concessere. Accedit eodem, quòd, præter MontemLeonē, ac Mottulam, complexi sunt suæ potestatis, ac ditionis gremio Fasianum, Sanctum Stephanum, Turittum, Castrinianum Montemurrum, Nouam, Roccam de Aspro, & Ioam [c]. Ac belli pacisque temporibus concessu Regum primarijs vsquequaque muneribus perfuncti sunt.


a *In edit. monum.*

b 1269. *D. p.* 146.

c 1404. *pag.* 39. 177. *Campanilius pag.* 178.

DE

DE CARRAFIS.




AELIVS.

CArrafeorum familia, vt in Caracciolis Rubeis diximus, è Sigismundis Pisanis ciuibus oriunda, Neapolim paulo plus trecentis ab hinc annis venit. Hæc familia, licet ab vno eodemque stipite manet, duplex est: vtraque certè nobilis; sed ea, quæ de Spina cognomen habet, antiqua castellorum possessione nobilior: nam à Carolì I. Regis tempore in Aprutio supra viginti castella vsque ad hodiernum diem possedisse videmus, continuata per CC.XXX. ferme annos successorum serie vsque ad Bartholomæum hunc. Ostentant etiam huius familiæ decorem vetustissima priuilegia vici Pascharolæ: qui uicus hodie quoque possidetur à filijs Galeotti Carrafæ, strenui equitum præfecti: è quibus Andreas, & Aloysius eques Hierosolymitanus hodie Regi Federico adeò cari militant, vt ambo spem præbeant se maiorum decorem & fortunam superaturos. Nuper verò Ioannes ex eadem familia Policastrensem Comitatum adeptus est. Pars altera, quæ sine spina gestat insignia, semper summa in egestate permansit: quippe tenui rusticorum prædiorum in agro Acerrano, atque Auer-

Auersano prouentu à Caroli I. tempore vsque ad patrum nostrorum memoriam ægrè se in patritia dignitate substentauit. quo tempore Malitia Carrafa, vir fortuna & virtute insignis se, familiamque omnem ab humili statu in, quem videmus, splendorem eleuauit. de quo res ipsa me admonet, vt pauca referam, fortasse infelicibus profutura, dum fortunæ vices inde cognoscent. Malitiæ pater fuit Ioannellus Carrafa, mater Mariella, aut Marella Marescalca, Auersana, mediocri genere nata; è qua Ioannellus nouem suscepit liberos, mares tres, Gurellum scilicet, & Malitiam, aliumque obscuri nominis. Feminas sex, è quibus vnam dumtaxat Iserio Guindacio, viro patritio, sed admodum pauperi nuptui tradidit; aliam Marino de Nursia, armigero Iacobi Caldoræ celeberrimi Ducis alumno; aliam Rainaldo Sicardo, Stabiano; aliam Petro de Lamberto Barensi: ceteras duas sacris initiauit in monasterio S. Ioannis ad Nidum. Verùm Gurellus adolescentiam egressus, paternæ domus paupertatem fastidiens in militiam profectus est: in qua dum strenuè se gerit, Ladislai Regis gratiam adeptus, ab eo castrorum præfectus, quem Gallico more Marescalcum appellant, creatus est. magistratus certè optimo cuique militum optabilis, cuius prouentus ad quinquaginta auri vncias ascendit. Legitur quoque in Regij Archiuij libris Ladislai Regis priuilegium, in quo Gurello, & eius successoribus Rex muneris loco logiam Genuensium dono dedit: qua aucto patrimonio Gurrellus honorificè vixit, & moriens in mediocri fortuna filios reliquit. de quibus, quoniam nemo adhuc equestrem ordinem transcendit, non est vt amplius loquar. At Malitia secundiori vsus fortuna, cùm esset ciuilibus magis artibus, quàm armis aptior, nactus occasionem illius temporis, quo Ioanna II. Regina,

na,

na, ob vitæ intemperantiam alienatis ab se Principum animis, Neapolitanorum auxilio indigebat, sessionem Nidi perpetuò in Reginæ fide atque obsequio continuit. tantum sibi modestia ac prudentia apud suos contribules authoritatis comparauerat. Qua de causa in Reginæ familiaritatem introductus, Martino Pontifici primùm, mox Alphonso Regi orator missus, adeo in vtraque legatione profecit, vt Martinum Reginæ pacatiorem reddiderit, & Alphonsum Regem, omnibus eius consiliarijs inuitis, ad ferendam Reginæ opem compulerit. quæ res Reginam impulit, vt Francisco eius filio primogenito Mariam Auriliam, splendidissimi equitis filiam, Vici è Pantano dominam in vxorem tradiderit, inuitis ac frustra reclamantibus Auriliæ gentis principibus, qui ea tempestate sex Comitatus, & innumera pene castella possidebant; & in familia licet nobili claritatis nouitatem indignabantur. Hæc, præter Vicum, dotis nomine marito tradidit domos plurimas Neapoli prope S. Seuerini cœnobium, vbi hodie Francisci successores habitant. Ex ea nati sunt Carolus, Oliuerius, quem S.R.E. Cardinalem videmus; & Alexander. Franciscus igitur primus fuit è Carrafiorum familia, quæ de Statera dicitur, qui feudum nobile possedit. Ex illo tempore Malitia vir prudens, cùm Alphonsum Regem potentissimum cerneret, & in controuersia, quam de Regno cum Ducibus Andegauensibus habebat, superiorem euasurum diuinaret, moriens filios, quos sex, & optimos habebat, ad Alphonsi partes capessendas hortatus est. Filij dicto audientes patris in hanc, quam videmus, amplitudinem feliciter peruenere. nam Diomedes è filijs ætate minor, sed virtute maximus omniũ, domi forisq; Regi Alphonso primùm, mox Ferdinando eius filio talem operam præstitit, vt statim finito Andegauensi bello, eũ Magdaloni,

paucis

paucis etiam post annis Cerreti Comitem creauerit, ac deinde perpetuò inter intimos & cariores habuerit, pene traditis in eius manibus Regni gubernaculis. quo effectum est, vt, annuente Rege, fratres, affinesque omnes in cælum euexerit, cùm eos maximis affinitatibus, amplissimisque magistratibus decorauit; quorum gratia Lagonissarum, Molisiorum, & Camponiscorum procerum oppida, castella, atque opes amplissimæ ad eos transierint. Fortuna rerum domina nobilissimas familias prosternente, vt Malitiæ natos, nepotesque honestaret. qui quidem eius muneribus diuites effecti, frugalitate ac parsimonia quotidie ditiores euadunt, & hucusque oppida, atque castella, vicosque prope centum sibi peperere: & Comitatus titulum fastidientes, ex eis Albericus Ariani Dux factus est: & Ioannes Vincentius Montis Herculis Marchio. Nec modico huic familiæ fauori & ornamento est Oliuerius Cardinalis amplissimus, cuius virtute & authoritate quamplurimi Patriarchæ, Metropolitani, & Præsules amplissimis sacerdotijs ornati hodie in hac familia recensentur.

VINDEX.

FAmiliarum nulla cognitionem habet æquè certam, & euidentem de sui generis origine, atque habet Carrafeorum familia. siquidem constat non modò è scripturarum prope innumerabilium, sed è multorum etiam marmorum monumentis, quæ in æde S. Dominici iam diu extiterunt, & extant, illam non esse diuersam à familia Caracciolorum, sed planè eamdem. Multa tamen de illa fabulati sunt scriptores, alij affirmantes eius gentis primordia deduci ex familia Sigismunda,

quæ Pisis, in celebri Etruriæ vrbe vehementer effloruit, medio Conrado quodam: qui quoniam Sardiniam, regnum ab Stephano eius patre conquisitum asperè atrociterque rexisset, Sardinia exactus à populis, Neapolim se conferre coactus est. Alij asseruerunt, eius gẽtis initia repeti à familia Korczac, quæ in Regno Polonia mirificè viget, cuius familiæ quidam sua virtute, ac strenuitate perfecit, vt Rex Pannoniæ esset, atque appellaretur. Et ad commenti sui soliditatem adstruunt, ab vtraque familia stemmata eadem ostentari: adduntque vocabulum, Korczac, Polonorum lingua, significare vas illud vitreum, quod Græci φιάλην: Itali indigitamus, Carrafa. Quæ omnia speciosa quidem primo aspectu videntur; at si quis intueatur attentiùs, perniciosa omnino deprehendet nobilitati, & amplitudini Carrafeorum. nam si numerum annorum spectes, iuxta horum sententiam per trecentos ferme annos nobilissimæ familiæ splendor, & excellentia abiecta, atque depressa iacuissent. nam vbi terrarum tamdiu delituit? cur tam diuturno vsa silentio? nempe ab anno Christi Domini CIↃ. quo anno aiunt illam ex vrbe Pisis, aut Polonia regno venisse Neapolim, vsque ad annum millesimum trecentesimum, hoc est vsque ad vltimam Caroli II. Regis ætatem, nullum apparet tam amplæ familiæ vestigium; nullam edidere vocem tam firmæ, ac resõnantes phialæ: ne nomen quidem Carrafeorum auditum vnquam fuerat ante Caroli II. Regis ætatem. atqui cum antiquissima Caracciolorum familia iam pridem extiterat, & vnum idemque erat vtrorumque cognomen. Cùm primùm apparere, & in lucem prodire cæpisset;

Siluest. Petrasãcta in symb. heroicis.

tunc

tunc enimuero quasi ortam agnouimus vnà cum familia Caracciolorum: tunc intelleximus alteram alteri suam lucem communicasse. Hinc legere est in Matthæi sepulcro.

HIC REQVIESCIT DOMINVS MATTHEVS CARACZOLVS DICTVS CARRAFA MILES QVI OBIIT ANNO DOMINI M.CCC.XV.DIE IV. MEN. NOVEMB. XIV. INDIC.

Et in sepulcro Thomæ.

HIC IACET CORPVS QVONDAM NOBILIS VIRI DOMINI THOMASII CARACZOLI DICTI CARRAFE DE NEAPOLI QVI OBIIT ANNO DOMINI M.CCC.XXXVI. DIE XXVIII. MEN. DECEMB. V. INDIC.

Et in illo Gurrelli.

HIC IACET NOBILIS ET STRENVVS MILES DOMINVS GVRRELLVS CARACZOLVS DICTVS CARRAFA DE NEAPOLI REGNI SICILIE MARESCALLVS QVI OBIIT ANNO DOMINI M.CCCC.I. DIE XI. NOVEM. XI. INDIC.

Et in sacello Comitũm Policastrensium.

HIC IACET CORPVS DOMINI BARTHOLOMEI CARACZVLI DICTI CARRAFE DE NEAPOLI MILITIS MAGNE REGIE REGINALISQVE CVRIE MAGISTRI RATIONALIS QVI OBIIT ANNO DOMINI M.CCC.LXII. DIE MERCRII VII. INDIC.

Et rursus ibidẽ in Lætitiæ Caracciolæ monumẽto.

HIC REQVIESCIT CORPVS DOMINE LETITIE CARACZOLE PRIVS RELICTE QVONDAM DOMINI PHILIPPI CARACZOLI DICTI CARRAFE ET SECVNDO DOMINI BARTHOLOMEI BVLCANI QVE OBIIT ANNO

DOMINI M.CCC.XL. DIE VLTIMO MEN. IANVAR. VIII. INDIC.

Dux Guardia in familia Fossaceca pag.156. Franc de Petris in histor. fam Carac. à pag.123.

Quin & in Regestis regijs passim legitur Andreas Caracciolus dictus Carrafa, Petrus Caracciolus dictus Carrafa, Nicolaus Caracciolus dictus Carrafa: Antonius Caracciolus dictus Carrafa dictus Malitia. Item Ligorius, Carolus, Malitia, omnes Caraccioli,& Carrafæ dicti.

Itaque duæ illæ familiæ, tanquam palmites duo ex eadem vite existentes, vnam eamdemque conflauere familiam. Verumtamen anno Domini CIƆ. CCC. non re distractæ,sed nomine, altera Caracciola, altera Carrafa cognominari cæpta est. Hac igitur computatione Carrafeorum generi septingenti ferme antiquitatis anni, quos non nemo scriptorum abstulerat, restituuntur: formaturque familia, qua,si annos numeres, nulla antiquior; si virorum,quasi heroum capita recenseas,nulla numerosior;si feudorum ac titulorum multitudinem, nulla opulentior;si magnitudinem honorum ac dignitatum siue secularium, siue ecclesiasticarum, nulla illustrior.

Sed hic mihi Aelius videtur obstrepere, atque obijcere Aurilias tanquam grauius quiddam ferentes, & quasi indignantes coniugium,quo Franciscus Carrafa cum Maria Aurilia iungi conabatur.Sed ea indignatio non eò oborta est,quòd ambo non essent æquè illustres, ac generosi (hoc enim rati argui dementiæ meritò possent) sed quia, cùm esset Maria adita quadam hereditate maxime locuples, malebant eius propinqui, cognatiue adeo opulentam, lautàmque dotem intra suæ familiæ fines retineri, quàm ad alienam gentem immigrare.

DE

DE SPINELLIS.



AELIVS.

SPinellos, qui hodie in sessione Nidi inter nobiles numerantur, quibus insigne est in obliqua trabe tres stellæ superimpositæ, è Summa venisse, nemo rerum Neapolitanarum mediocriter gnarus est, qui nesciat. nam & in pluribus instrumẽtis testamentisque id me legisse memini: & Paulus è Caieta, idiota quidem vir, sed multo rerum vsu, & memoria prope singularis, qui in agro Vesuuino à maioribus suis aliquot prædia tenet relicta, retulit mihi se ab auo, qui Ioanna Regina tempore adolescens fuerat, intellexisse, horum, qui Neapoli erant, cognatos, gentilesque illius Reginæ tempore Summæ municipales magistratus gessisse. Extant etiam hodie Spinellæ gentis incunabula in illo oppido, & via, quæ vulgo dicitur, Ad Spinellos. Extat etiam Iacobutij Spinelli Regio in archiuio petitio Regi Roberto oblata, Regis ipsius priuilegio inserta, qua gentilibus suis Spinellis de Summa immunitatem fiscalium collectarum obtinuit: quæ cum archiuij libro in manus clarissimi viri Ioannis Baptistæ Spinelli, me procurante, ab Aloysio de Raimo tradita est. Verùm in priuatis & in publicis

cis

tis scripturis etiam quo tempore Summa erant, milites, & nobiles nominatos inuenio. Neapolim à Caroli II. tẽpore venisse arbitror: nam antea neminem ex hac familia me Neapoli reperiisse memini. Primus ex ea, de quo nobilis fama loquitur, fuit Nannus Spinellus, Dux Sfortianæ disciplinæ insignis, de quo in Blondo, atque Sabellico plura, ni fallor, & egregia facinora leguntur. qui, ni Francisco Sfortiæ suo Duci fidem seruare maluisset, quàm Alphonsum sequi Regem, Neapolitanum Regnum armis repetentem; nimirum inter Regni proceres & ipse fuisset, & eius posteri fortasse nunc etiam essent. Aetate verò nostra Iacobus Spinellus, qui Seminariam à Ferdinando II. difficillimis illis temporibus obtinuit; & Ioannes Baptista Regius Consiliarius sunt huius familiæ non modica ornamẽta. horum maior frater Summontem, & Rocchettam possidet, ni fallor, à Ferdinando Rege eorum patri concessam. Est & Pyrrhus Ioannes eques insignis, & Blascus eius frater: quos Federicus Rex inter aulicos cariores habet.

V I N D E X.

VEctigalia, quæ à vassallis Catholico Regi penduntur, hodieque vocantur solutiones fiscales, seu cabellæ; collectæ dicebantur antiquitus. eas collectas soluere singuli debebant, ac viritim taxabantur in illo, quem apud magistratum professi essent, loco pro possessione prædiorum ac facultatum. Quo factum est, vt nobilium Neapolitanorum plerique in antiquis scripturis legantur cum cognominibus diuersorum oppidorum, eo quòd diuersa professi fuerint apud magistratum oppidorum nomina, in quibus oppidis fundos quisque

suos

suos,aut feuda possideret. Hinc Caracciolorum alij dicti sunt ex Terra Hydrunti,alij ex vrbe Manfredonia;alij ex vrbe Suessa; ex vrbe Surrento alij. Capicij ex Lupijs, ex Auersa.Brancacij ex Teano Sidicino.Latri ex Anglono,ex Triuento, ex Comitatu Molisij.Filimarini ex vrbe Capua:propterea quòd ijs in locis sua possiderent prædia, vel certè domicilium haberent. Spinelli denique dicti sunt de Summa,opppido ad Vesuuj radices. Verumtamen antiquissima quæque monumenta ostendunt, Spinellos ortum sortitos esse suum ex vrbe Neapoli:quandoquidem in Neapolitanorum militum, ac feudatariorum censum relati sunt. Vnus de ijs fuit Fridericus miles ac feudatarius, Rege Manfredo, & ante hunc, regnante Imperatore Friderico II. floruit Adinulphus, nepos Thomæ Accerrarum Comitis,& maritus Altrudæ Ailano, & Longano potiuntis. Floruit item Adinulphus Roccæ Albanensis possessor Caroli I. ætate. Galassus autem ac Thomas fuerunt Domini Græcij,Ferrariæ, Sauignani, Speronasini, S.Bartholomæi, ac S.Blasij ætate Caroli II.

In edit. manum.
Ammir.p.12.
Hist.m.s.Cæsar. Pagani ibid.
Fasc.58. pag. 159.sub Car. I.
1292.B.p.43.
1292. 1293.
A.pag.18.40.

DE MARRAMALDIS.



AELIVS.

ANdreas Marramaldus (vt è gentilitia, certaque chronica videre licet) Amalphiæ oriundus, vir strenuus & maritimæ militiæ apprime peritus, quo tempore Carolus I. Siciliam recuperare conabatur, multarum triremium Dux effectus est. Aduersante demum Carolo Regi fortuna, Andreas Neapolim cum vniuersa familia se contulit. Verùm multis post Spinellos annis inter Nidi nobiles Marramaldos inuenio. multi tamen sub omnibus Gallicæ stirpis Regibus floruere: præsertim, Roberti Regis tempore, Guglielmus Francisci Petrarchæ familiaris, & Regi admodum carus; & Landulphus, cuius hodie etiam apud me scripta extant: è quibus bonam earum rerum, quas dixi, partem sumpsi. Fuit ex hac familia Landulphus alter Cardinalis, cuius insignia in gentilitio eorum sacello ad ædem D. Dominici hodie quoque videmus. Castella oppidaque neminem ex his possedisse reperi, præter vicum Lusciani in agro Auersano, antiquissimum Marramaldæ gentis patrimonium.

VIN-

VINDEX.


NON dum à Carolo desciuerant Siculi, non dum Regnum Siciliæ inuerat Carolus, cum lares Neapoli suos fixere Marramauri Landulphus, & Ioannes, qui Manfredo Regi Romanam expugnationem instruenti pro feudis inseruiere [a] : nec ita post multò Marinus, & Cassandra multa in agro Neapolitano possedere bona feudalia [b]. Et præter Feulum Caroli III. munere Luxani ditione auctum [c], Paulus Antonius Filictum in Samnio [d], alter vero Landulphus Molam in Peucetia [e] tenuere. Quo circa nec Andreas (quemadmodum Aelius comminiscitur) familiam Neapolim transuexit primus: neque oppidum dumtaxat vnum Marramauri dominatu tenuerunt suo.

a *In edit. monum.*
b *Ibidem.*
c *Fasc. 23. p. 229.*
d *Ammir. in Sanseuerina fam.*
e *Quint. 13. pag. 279.*



DE

DE VVLCANIS.



AELIVS.

VVlcani è Surrento oriundi Neapolim venere Federici II. ultimis temporibus, & inter magistratus Neapolitanos ab illa ætate vsque ad nostram frequenter inueniuntur. Eorum magnificentiæ testis est cum amplissima domo turris quadrangularis quadriuio superimposita, quam Arcum appellant. Fuit hæc familia Vrbani VI. Pont. tempore Cardinali ornata, & quamplurium castellorum dominio: inter quæ Pisciottam ab ijs ad Caracciolos translatam fuisse cognoscimus. item & Mastratam, vicumque Miletum inter Neapolim Auersamque, atque alia fuisse memorant. Aetate autem nostra pene extincta est Neapoli, vix Ioanne Antonio Mileti Domino superstite. Surrenti autem complures nobiles hodie quoque supersunt, qui pro patriæ paruitate adhuc incorruptæ nobilitatis decus tuentur.

VINDEX.

VVlcani Friderici II. temporibus Neapolim repetiere potius, quam primo venere. Eius rei mul-

multas equidem adhibere schedas in testimonium possem easque peruetustas [a], ex quibus dumtaxat vnam inquinatam barbarie illa, quæ per eam tempestatem grassabatur, collecta breuiter eius summa, producam. sic verò habet. *Anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo octabo decimo. die 1. men. Decemb. ind. VII. Surrento. Certum est nos Sergius Bulcani, & Petrus Bulcani, & Ioannes Bulcani, uterinis germanis filij quondam Domini Iohannis Bulcani Iudicis; filij q. Domini Alferij Bulcani, filij q. Domini Stephani Bulcani de ciuitate Neapolis: & de q. Domina Maria h. f. iugalium personarum. quæ fuit filia q. Domini Alferij Comitis; à præsenti die tradimus vobis Domina Gayta Dei gratia monacha & Abbatissa monasterij Sancti Iohannis Os auri, qui fulget intus hanc ciuitatem, inclytam terram nostram vitatam, & arbustatam, & fructatam, positam verò in loco Iummelle.*

a *Autog. in D. Georg. an. 1228. meminit Iohannis filij Domini Barth. Bulcani de Neapol. Regest. Imp. Frid. II. anno 1239. p. 110. àter.*

Hinc sub Sueuis & Andegauensibus Regibus Vulcani passim Neapolitani feudatarij, & milites appellati sunt [b]. Et sanè iam inde à Caroli I. Regis ætate initium fecere pagis castellisque potiundi. In eorum ditione oppida fuisse comperio, Mercurium, Abbatermarcum [c], Baianum [d], Miletum, Carpinianum, & Mastratam.

b *In edit. monum.*

c *1269. D. p. 217. àter.*

d *1278. D. p. 311.*

Ex ipsis insuper Romana Purpura præclari fuere Landulphus, & Marinus. Huius laudatissima extat mentio in Vitis Sum. Pont. & Card. nuperrimè digestis [e]. de illo mirum silentium apud omnes eiusmodi historiarum scriptores. Surrenti tamen in S. Trinitatis perdurat sepulcralis epigraphe.

e *Ciacc. pag. 991. F.*

HIC REQVIESCIT DOMINA IOHANNA BVLCANA ABBATISSA ET SOROR DOMINI L. CARDINALIS FVNDATORIS HVIVS PREDICTI MONASTERII.

Et in Regesto Caroli II. Regis an. CIↃ.CCC.IV. Bartholomæi Vulcani testamentum moderandum, aut immutandum demandatur arbitrio ac volun-tati Venerabilis Patris, Domini Landulphi S.An-
1304. 1305. D. geli Diaconi Cardinalis, & Hectoris Vulcani, demortui viri germanorum fratrum.[f] Quin etiam apud me extant authoris cuiusdam anonymi peruetusta chronica de rebus Siculis à tempore Normandorum ad annum vsque CIↃ.CCC. LXXXVIII. qui capite XLIII. in hunc modum scribit. *Irterim autem ex consensu dicti Bonifacij Papæ VIII. Iacobus Rex Aragonum, supradictus Robertus Karoli II. filius, & Landulphus de Bultano R. E. Card. cum classe, & equitum peditumque exercitu potentissimo ad ciuitatem Siragusæ insulæ Siciliæ aduenerunt, vt idem Iacobus Robertum prædictum, nomine Karoli II. patris sui, in ipsius insulæ Siciliæ possessionem induceret corporalem.*

f pag. 23. àter.



D E

DE SERISALIBVS.



AELIVS.

Serisales etiam è Surrento oriundi, inter Nidi nobiles centum quinquaginta ab hinc annis repeϱiuntur. De his nihil magnificum inuenio, nisi castellum Sellia in Brutijs ab ijs possessum. Viuit hodie Berardinus Serisalis, qui Sedilis muneribus fungitur. Surrenti tamen nobilissimos esse, multisque ante seculis fuisse, nulli dubium est.

VINDEX.

NON defuere complures, qui asseuerarent, ex hac Serisalium familia illum extitisse Capuæ Principem, quem Robertum de Surrento vulgus indigitabat [a]. is anno nostræ salutis CIↃ.C.XXVIII. splendido, magnoque cum dominatu obtinuit principatum illum: qui quidem principatus præter Capuam, ciuitatem præcipuam, ac totius Prouinciæ metropolin, nouem alias vrbes, nimirum Casertam, Cales, Calenolum, Suessam, Teanum, Aquinum, Soram, Venafrum, & Aeserniam com-

[a] *Io. Baptista Carrafa 1. p. l. 1. pag. 4. & l. 3. p. 60. 62. Scipio Ammirat. in famil. Neapol. p. 13. Iul. Cæs. Capacius in hist. Neapol. l. 2. p. 515. laudat.*

Et in Regesto Caroli II. Regis an. CIↃ.CCC.IV. Bartholomæi Vulcani testamentum moderandum, aut immutandum demandatur arbitrio ac voluntati Venerabilis Patris, Domini Landulphi S.An-
1304. 1305. geli Diaconi Cardinalis, & Hectoris Vulcani, de-
D. mortui viri germanorum fratrum [f]. Quin etiam
f pag. 23. àter. apud me extant authoris cuiusdam anonymi peruetusta chronica de rebus Siculis à tempore Normandorum ad annum vsque CIↃ.CCC. LXXXVIII. qui capite XLIII. in hunc modum scribit. *Interim autem ex consensu dicti Bonifacij Papæ VIII. Iacobus Rex Aragonum, supradictus Robertus Karoli II. filius, & Landulphus de Bultano R. E. Card. cum classe, & equitum peditumque exercitu potentissimo ad ciuitatem Siragusæ insulæ Siciliæ adueneru̅nt, vt idem Iacobus Robertum prædictum, nomine Karoli II. patris sui, in ipsius insulæ Siciliæ possessionem induceret corporalem.*



D E

DE SERISALIBVS.



AELIVS.

SErisales etiam è Surrento oriundi, inter Nidi nobiles centum quinquaginta ab hinc annis repe- riuntur. De his nihil magnificum inuenio, nisi castellum Sellia in Brutijs ab ijs possessum. Viuit hodie Berardinus Serisalis, qui Sedilis muneribus fungitur. Surrenti tamen nobilissimos esse, multisque ante seculis fuisse, nulli dubium est.

VINDEX.

NON defuere complures, qui asseuerarent, ex hac Serisalium familia illum extitisse Capuæ Principem, quem Robertum de Surrento vulgus indigitabat [a]. is anno nostræ salutis CIↃ.C. XXVIII. splendido, magnoque cum dominatu obtinuit principatum illum: qui quidem principatus præter Capuam, ciuitatem præcipuam, ac totius Prouinciæ metropolin, nouem alias vrbes, nimirum Casertam, Cales, Calenolum, Suessam, Teanum, Aquinum, Soram, Venafrum, & Aeserniam com-

a *Io. Baptista Carrafa* 1. *p. l.* 1. *pag.* 4. & *l.* 3. *p.* 60. 61. *Scipio Ammirat. in famil. Neapol. p.* 13. *Iul. Cæs. Capacius in hist. Neapol. l.* 2. *p.* 515. *laudat.*

Et in Regesto Caroli II. Regis an. CIↃ.CCC.IV. Bartholomæi Vulcani testamentum moderandum, aut immutandum demandatur arbitrio ac volun-tati Venerabilis Patris, Domini Landulphi S.An-
1304. 1305. D. geli Diaconi Cardinalis, & Hectoris Vulcani, de-mortui viri germanorum fratrum[f]. Quin etiam apud me extant authoris cuiusdam anonymi per-uetusta chronica de rebus Siculis à tempore Normandorum ad annum vsque CIↃ.CCC. LXXXVIII. qui capite XLIII. in hunc modum scribit. *Interim autem ex consensu dicti Bonifacij Papæ VIII. Iacobus Rex Aragonum, supradictus Robertus Karoli II. filius, & Landulphus de Bulcano R. E. Card. cum classe, & equitum peditumque exercitu potentissimo ad ciuitatem Siragusæ insulæ Siciliæ aduenerunt, vt idem Iacobus Robertum prædictum, nomine Karoli II. patris sui, in ipsius insulæ Siciliæ possessionem induceret corporalem.*

f pag. 23. àter.



D E

DE SERISALIBVS.



AELIVS.

SErisales etiam è Surrento oriundi, inter Nidi nobiles centum quinquaginta ab hinc annis reperiuntur. De his nihil magnificum inuenio, nisi castellum Selliæ in Brutijs ab ijs possessum. Viuit hodie Berardinus Serisalis, qui Sedilis muneribus fungitur. Surrenti tamen nobilissimos esse, multisque ante seculis fuisse, nulli dubium est.

VINDEX.

NON defuere complures, qui asseuerarent, ex hac Serisalium familia illum extitisse Capuæ Principem, quem Robertum de Surrento vulgus indigitabat [a]. is anno nostræ salutis CIↃ.C. XXVIII. splendido, magnoque cum dominatu obtinuit principatum illum: qui quidem principatus præter Capuam, ciuitatem præcipuam, ac totius Prouinciæ metropolin, nouem alias vrbes, nimirum Casertam, Cales, Calenolum, Suessam, Teanum, Aquinum, Soram, Venafrum, & Aeserniam com-

a *Io. Baptista Carrafa 1. p. l. 1. pag. 4. & l. 3. p. 60. 62. Scipio Ammirat. in famil. Neapol. p. 13. Iul. Cæs. Capacius in hist. Neapol. l. 2. p. 515. laudat.*

Et in Regesto Caroli II. Regis an. CIↃ.CCC.IV. Bartholomæi Vulcani testamentum moderandum, aut immutandum demandatur arbitrio ac volun-tati Venerabilis Patris, Domini Landulphi S.An-
1304. 1305. D. f pag.23.ater. geli Diaconi Cardinalis, & Hectoris Vulcani, demortui viri germanorum fratrum[f]. Quin etiam apud me extant authoris cuiusdam anonymi peruetusta chronica de rebus Siculis à tempore Normandorum ad annum vsque CIↃ.CCC.LXXXVIII. qui capite XLIII. in hunc modum scribit. *Interim autem ex consensu dicti Bonifacij Papæ VIII. Iacobus Rex Aragonum, supradictus Robertus Karoli II. filius, & Landulphus de Bulcano R. E. Card. cum classe, & equitum peditumque exercitu potentissimo ad ciuitatem Siragusæ insulæ Siciliæ aduenerunt, vt idem Iacobus Robertum prædictum, nomine Karoli II. patris sui, in ipsius insulæ Siciliæ possessionem induceret corporalem.*



DE

DE SERISALIBVS.



AE L I V S.

SErisales etiam è Surrento oriundi, inter Nidi nobiles centum quinquaginta ab hinc annis repeciuntur. De his nihil magnificum inuenio, nisi castellum Sellia in Brutijs ab ijs possessum. Viuit hodie Berardinus Serisalis, qui Sedilis muneribus fungitur. Surrenti tamen nobilissimos esse, multisque ante seculis fuisse, nulli dubium est.

V I N D E X.

NON defuere complures, qui asseuerarent, ex hac Serisalium familia illum extitisse Capuæ Principem, quem Robertum de Surrento vulgus indigitabat [a]. is anno nostræ salutis CIϽ.C. XXVIII. splendido, magnoque cum dominatu obtinuit principatum illum: qui quidem principatus præter Capuam, ciuitatem præcipuam, ac totius Prouinciæ metropolin, nouem alias vrbes, nimirum Casertam, Cales, Calenolum, Suessam, Teanum, Aquinum, Soram, Venafrum, & Aeserniam com-

a *Io. Baptista Carrafa* 1. *p. l.* 1. *pag.* 4. & *l.* 3. *p.* 60. 61. *Scipio Ammirat. in famil. Neapol. p.* 13. *Iul. Cæs. Capacius in hist. Neapol. l.* 2. *p.* 515. *laudat.*

DE SERISALIBVS.



AELIVS.

Serisales etiam è Surrento oriundi, inter Nidi nobiles centum quinquaginta ab hinc annis reperiuntur. De his nihil magnificum inuenio, nisi castellum Sellia in Brutijs ab ijs possessum. Viuit hodie Berardinus Serisalis, qui Sedilis muneribus fungitur. Surrenti tamen nobilissimos esse, multisque ante seculis fuisse, nulli dubium est.

VINDEX.

NON defuere complures, qui asseuerarent, ex hac Serisalium familia illum extitisse Capuæ Principem, quem Robertum de Surrento vulgus indigitabat [a]. is anno nostræ salutis CIƆ.C. XXVIII. splendido, magnoque cum dominatu obtinuit principatum illum: qui quidem principatus præter Capuam, ciuitatem præcipuam, ac totius Prouinciæ metropolin, nouem alias vrbes, nimirum Casertam, Cales, Calenolum, Suessam, Teanum, Aquinum, Soram, Venafrum, & Aeserniam com-

a *Io. Baptista Carrafa 1. p. l. 1. pag. 4. & l. 3. p. 60. 62. Scipio Ammirat. in famil. Neapol. p. 13. Iul. Cæs. Capacius in hist. Neapol. l. 2. p. 515. laudat.*

authorem histor. Monast. testantem vidisse se nummos sub hoc Principe cusos cum Serisaliū insign.

complectebatur cum suis castellis, pagisque singulas. Me quidem, quoniam in hisce scriptis ea dumtaxat afferre profiteor, quæ probari perspicuè possint; minimè pœnitebit illud testari, omni affirmatione adhibita, eiusmodi Principem fuisse prognatum matre ex gente Serisali, ipsosque Serisales ab antiquitate, & claritudine familiæ esse maximè illustres, vtpote qui petere possunt sui generis incunabula à peruetustis Surrenti Ducibus, apud quos quamdiutissimè perdurauit magistratus ille: qui tametsi eligebatur suffragatione, ac fauore multitudinis; ratus certè, ac firmus ad multos annos habebatur ab Græcis Imperatoribus, quorum supremæ potestati, summoque imperio non ciuitas illa solùm, verùm etiam Neapolis, Amalphis, Caieta subijciebantur. quòminus tutam habere videntur excusationis latebram, qui decepti Ducis nomine, ciuitates illas ad modum Reipublicæ regi existimarunt. sed non aduerterunt rerum ignari, cùm populos, quot quot erant, omnes, tum vero etiam Duces ipsos in suis schedis, publicisque chirographis Græcos Imperatores appellare consueuisse suos Dominos, ac Reges; ijsque tanquam supremum, atque absolutum imperium habentibus omninò subdi. Nihilominus tamen magistratus ille dignitatis erat tantæ, tantæque reuerentiæ, vt Leo Ostiensis inter Italicos magnates, ac summos dynastas, qui ad consecrationem Basilicæ Casinensis, sua præsentia cohonestandam confluxerunt, recenseat Surrenti Ducem [b]; celebrata autem fuit ea consecratio ab Alexandro II. Pontifice Maximo anno nostræ salutis CIↃ.LXXI. Atqui ab eiusmodi Sergio Surrenti Duce, mea quidem, at non inconsulta

b *Lib. 3. cap. 28. pag. 96.*

fulta sententia, Serisales omnes originem trahunt suam. Id mihi suffragatur integræ fidei instrumentum, cuius facta stipulatio anno CIↃ.CCC.IV. in quo instrumento continetur cuiusdam prædij venditio, facta Matthæo Serisali, qui longa progenitorum serie ad Sergium Surrenti Ducem terminatur. Illa sunt propria instrumenti verba. *Vendimus, & tradimus tibi Domino Matthao Domini Sari Præfecturij, filio quondam Domini Ioannis Domini Sari Præfecturij, filij quondam Domini Matthæi Domini Sari Præfecturij, filij quondam Domini Rogerij Domini Sarij Præfecturij, filij quondam Domini Ioannis Domini Sari Præfecturij, qui fuit filius item quondam Domini Ioannis Domini Sari Præfecturij, filij quondam Domini Sari Præfecturij, qui fuit filius quondam Domini Sergij olim gloriosi Consulis, & Ducis istius Surrentinæ ciuitatis.* [c]

[c] *Autog. in processu Sirisalium cum Sedili Nidi, in banca Turini.*

Porrò id, quod potissimum arguit & dignitatis amplitudinem, quæ in eo magistratu suspicitur, & splendidæ nobilitatis antiquitatem, quæ in Serisalium familia magnopere commendatur, est affinitatis necessitudo, quæ Sergio Duci cum Capuæ Principibus intercedit; is enim filiam suam in matrimonium collocauit Principi Iordano II. Atque ex ijs porrò parentibus susceptus est Princeps de Surrento, Robertus ille, cuius supra meminimus. Atque id omne liquidò constat ex altera quadam scheda, Longobardico charactere exarata anno nostræ salutis CIↃ.C.XI. cuius ea sunt verba. *Dum essem ego Ademarius Iudex in partibus Nuceriæ in loco vbi dicitur, à Cammarella, & vnà mecum adessent Dominus Iordanus filius quondam Domini Iordani Principis Capuani, & Dominus Sergius Princeps Surrenti,*

socer

sessum; Aio potuisse illum ad eius familiæ splendorem in medium afferre aliorum oppidorum dominatum, nimirum Faiani [i], Petræ Malæ, Mottæ Sabutelli, Casalis laci [k], Baroniæ Barbari, Cropani, Zagarisij [l]: eosque celebrare non solum à nobilitatis antiquitate, sed etiam à complurium oppidorum dominatu.

i 1329. E. p. 288.
k 1423. p. 26.
l 1429. p. 61.



DE CAPANIS.



AELIVS.

CApanos è Cilento venisse, titulus maioris portæ ædis Diuo Petro martyri dicatæ planè indicat, quam militem quemdam de Rocca Cilenti struxisse videmus. Quomodo, aut quando Neapolim venerint, me non reperijsse confiteor. adeo raras eorum imagines, aut scripturas inueni. qua de causa ad indicandum adducor, clariores fuisse ex eadem familia illos, qui Cilenti remansere, vel Salernum transmigrauere: nam & vicos aliquot possident, & bellicis artibus apud Principes honesto loco habitos esse scimus. Hi, qui Neapoli ex hac familia supersunt, pauperes, & obscuri nominis nescio, quo pacto inter Sedilis Nidi nobiles habeantur.

VINDEX.

Iacobus Capanus Miles, Magister Rationalis, Consil. & Familiaris ab Ro-

PIgere me minime debet, ad marginem huius meæ scriptionis afferre monumenta omnia, quæ plurima profectò sunt, vt Aelius suæ indiligentiæ, ne dicam liuoris quoquo modo coarguatur. Ille nimirum enunciauit, vsque adeo raras esse Capa-

Capanæ gentis imagines; vt nihil habeat, quod commendare possit. Ex ijs porro scripturarum monumentis liquidò constat, Capanos dominatu suo tenuisse castella ferme quindecim: quorum nonnulla ab suis Regibus dono accepere in præmium suæ virtutis. Et Capanorum quidem aliqui ab eisdem Regibus ad grauia negotiorum adhibiti, adscenderunt ad militaris nobilitatis gradum, atque Magistri Rationalis munus, quod erat illa ætate supremum. Maneat igitur hanc familiam vnam esse ex præcipuis in Sedili Nidio. eoque libentius, ac certius id asseuero, quod per Aelij ætatem cum Brancacijs, ac Sangrijs matrimonium contraxere.

berto Rege amplis locupletatus redditibus, oppidis Trocta, Cupulo, Salceto, & Castrin uno donatur. 1332. 1333. ✝ *pag* 333. 1337. *A.p.*75. 1340. *A. p.*5. 1341. 1342. *C pag* 118. *Arca C man.* 10. & 67. *an.* 1343.1343.*B.p.*141.1343.1344.*A.p.*14.1343.1344.*C.pag* 56.

Franciscus Miles, Magister Rationalis, Consiliarius, familiaris, & Baro Terricelli Castriliæ, Porcilis, Aquanelli, & Castri maris de Bruca. 1419.*pag.* 209.1423.*pag.*39.

Nicolaus Miles, Magister Portulanus, & Procurator Aprutij, postmodum etiam Apuliæ, 1336.*D.pag.*136.1343.*F.pag.*242.1343.*C.pag.*1.

Nicolaus alter Miles, & Familiaris, Capitaneus Angloni. 1419.*pag.*19.

Maczæus Baro Lustri, Homignani, Sexæ, & Pollicis fit Cambellanus, & Familiaris, donaturq; annuis vncijs XXV. 1392.1393.✝*p.*70.218.1423.*p.*147.

Thomas Miles, Cambellanus, & Familiaris præficitur Castro maris de Stabia, & Vrbi Vico. 1336.1337.*E pag.*163.1338. *L.pag.*307.1338.1339.*E p.*147.1339.1340.*A pag.*153.

Antonius Miles, Cambellanus, Familiaris donatur ab Rege vncijs XXV. & bonis Trogallæ Capani militis, eius auunculi. 1390. *A. pag.*57. 1392. 1393. ✝ *pag.*72.1398.✝*pag.*119.

Antonellus filius Antonij militis, & Io: Feudatarij in Cilento 1423.*p.*245.

Conradus miles Cambellanus, Familiaris, Portulanus & Procurator Calabriæ, item castrorum eiusdem prouinciæ Prouisor. 1390. *A. pag.* 82. 1333. 1334.*D pag.*129.1338.1339 *A.pag.*112.1343.*B.pag.*152.1343.*D.p.*268.

Carolus Baro Barbaræ, Massæ Sanctæ, & aliorum pagorũ. 1450.*Reg.Alph.I.*

Margarita mater Sarri Brancacij 1472.*Reg.Ferdin.I.*

Maria coniux Sigismundi de Sangro. 1504.

T 2 DE

DE ILLIS DE GATTA.



AELIVS.

IAcobus de Gatta, iurisconsultus non incelebris mihi retulit domum suam è Sicilia venisse, nescio quo authore, aut quo tempore: cùmque illum rogassem, vt quæ monumenta suæ nobilitatis haberet, mecum communicaret, promissi fidem nunquam præstitit. quare virum bonum reor potius taciturnitatem elegisse, quàm non verarum rerum testimonia. De hac igitur familia quid dicam, ignoro; nam, præter militis imaginem, quæ ante portam chori basilicæ D. Claræ iacet, nihil de ea nec magnificum, nec nobile inueni. Qua de causa sæpe ridere cogor rerum humanarum varietatem, dum recolo nuper Cantelmos, Vrsinos, Gesualdus ægrè à nobilibus Nidi obtinuisse, vt inter nobiles haberentur, cùm hi pauperes, & genere parum clari, C.XX. annis iam elapsis, inter nobiles reperiantur.

VINDEX.

QVod Aelio, idem mihi planè vsuuenit, qui cùm ab Nobilibus aliquot poposcissem, vt suæ

suæ nobilitatis monumenta, quorum multa domi suæ, vel ipsis confitentibus, asseruabantur, tantisper mihi commodarent, quoad inde eruere possem, quæ ad historiæ meæ veritatem conducerent; facilè illi quidem (qua erant humanitate) se commodaturos promiserunt. mox verò vel proferendo diem, vel varia impedimenta causando; promissis minimè steterunt. quò minore digni excusatione videri debent scriptores illi, qui historiam de familiarum claritate scribentes, non eam, quam par esset, diligentiam in perscrutandis monumentis adhibeant. Et profectò si plus vel laboris vel negotij suscepisset Aelius in adinueniendis vetustis, atque excisis tabulis; neque læsæ veritatis fuisset à quoquam insimulatus, & veraciorem duxisset Iacobum de Gatta ea familiæ suæ monumenta laudantem, quæ non mediocriter approbant eius testimonium de eiusdem origine promulgatum. Siquidem Conradus de Gatta, à quo gens omnis profluxit, MILES SICVLVS appellatus est: & non modò à nobilitate generis, sed etiam ab integritate fidei, perpetuisque erga suos Reges obsequijs commendatur à Roberto Rege, cum Gisoldam Conradi coniugem, eiusque filios annuo reditu ducatorum XLVIII. muneratus est. sic ille.

Mortuo dudùm, sicut Domino placuit, Conrado de Gatta, milite Siculo, cui, nec non quondam Alberæ matri, ac Gisoldæ relictæ ipsius pro vita, & substentatione eorum, ac ipsorum familiæ de annuis vncijs vigintiquatuor ponderis generalis, percipiendis per eos in regali Camera per litteras claræ memoriæ Domini patris nostri, Hierusalem & Siciliæ Regis inclyti vsque ad suum beneplacitum prouisum extiterat gratiosè. ac an- 1328. D. pag. 144.

nuis

nuis vncijs auri octo ex vigintiquatuor suprafatis, per ipsius quondam militis obitum ad manus nostræ Curiæ rationabiliter deuolutis, Karolus primogenitus, Dux Calabriæ, ac noster Vicarius Generalis ad supplicis petitionis instantiam per dictam Gisoldam, suo, ac Philippi, Bartholotti, Nicoletti, & Iacobelli, filiorum ipsius, & Conradi præfati nomine sibi factæ, prædictas vncias auri octo deuolutas, vt prætangitur, ad ipsius Curiæ manus, ad eosdem matrem & filios certo modo per suas litteras propagauit &c. Et nos seruitia dicti militis affectione dominica recolentes, iam dictas alias vncias auri octo in ipsos matrem & filios transtulimus, & propagamus gratiosè &c.

Hodie hæc familia excidio proxima est, vno dumtaxat Carolo Monostauracij Principe superstite, qui ex Beatrice Caracciola vxore nullos ad hanc diem suscepit liberos. Verumtamen bellicæ eius laudes celebrabuntur illæ quidem non solum nostris, sed pene omnium gentium litteris, ac linguis. Is est, qui supremos omnes emensus militiæ gradus, indeptus est summam equitatus præfecturam, atque annis proximè superioribus adeo strenuè fortiterque aduersus Gallos tutatus est Orbetelli arcem, vt apud ipsosmet hostes, illius castri aditu prohibitos, magnam sibi gloriæ segetem demessuerit.

DE

DE ALANEIS.

AELIVS.

ALanea domus ab Amalphia venit paulò ante Ladislaum Regem. hæc Nicolaum habuit, virum Regibus acceptum, qui Roccham Rainolam prope Nolam, & Annunciatæ Turrim possedit. hic duos genuit filios, Hugonem scilicet & Marianum; filias autem plures miræ pulcritudinis, Lucretiam scilicet, quam Alphonsus Rex adamauit, atque vxoris loco habuit; in cuius gratiam Hugonem Burrelli Comitem, & Magnum Regni Cancellarium creauit; & Marianum Bucclanici, tradita ei Catharinella Vrsina, Ioannis Manupelli Comitis filia. Antoniam, quam Ioanni Toreglia, Barchinenensi, Ischiæ insulæ & arcis præfecto; aliamque, quam Auxiæ Milan, equiti Valentino Rex idem collocauit. Mortuo deinde Alphonso, Ferdinandus Rex eos exauthorauit. Hodie, præter quatuor puellas formosissimas, Mariani filias, nemo ex hac familia superest. Amalphiæ aliquos esse intelligo, sed pauperes.

vide [illegible] Alphonso [illegible] filij [illegible] lib. 2. fol. 173. et lib. 6. fol. 214. vide [illegible] Neap. lib. 2. fol. 121. et lib. 6. fol. 268. [illegible] vide [illegible] tom. 3. lib. 5. fol. 373 [illegible] confirmans.— [illegible] Lucretia hanc [illegible] vide [illegible] fol. 68. [illegible]

vide quoque [illegible] tom. 3. lib. 5. fol. 115. de hac Lucretia [illegible]

VIN-

Iste Ugo, et Marianus [illegible] primi qui [illegible] vide [illegible] lib. 6. fol. 254.

VINDEX.

ANno, quo Carolus Andegauensis regnare cœperat VI. (is fuit à partu Virginis CIↃ.CC.LXXII.) cùm in Thraces arma verteret; Bartholomæum & Gaitelgrimam de Alaneo, Neapolitanos feudatarios obnoxios sibi habuit ac vectigales [a]. Quò sanè constat multo ante Ladislaum Regem Alaneos aduenisse Neapolim. At Amalphi fuit nobilitas familiæ peruetusta. siquidem Petrus ille militiæ cingulo clarus, cui anno CIↃ.CCC.XXI. Constantia de Iudice nuptui tradita, natus est parente Bernutio, Petro auo, Mauro proauo, Constantino Atauo, Tritauo Leone de Constatino, de Tauro, de Leone Comite, de Lupo, de Petro Comite, de Mauro Vicario. in qua maiorum serie si gradum à Petro faciamus ad Maurum, inueniemus illos anno fere nongentesimo Vicarios, & Comites rem Amalphitanam administrasse. Lucretia demum suauitate morum non pudicitiæ dispendio Alphonsi Regis gratiam promerita, Aenariæ sibi insulæ, Calatiæ, Summæ, ac Venusiæ dynastiam peperit. Hugoni autem & Mariano fratribus cum supremo Cancellarij magistratu Burrelli atque Bucclanici comitatus [b]. qui quidem Comites, vt Tristanus Caracciolus adnotauit, Sedile Nidium titulorum claritudine illustrarunt primi. [c]


a In edit. monum.

b Dux Guardiæ in hac famil.

c In lib. de Varietate fortunæ.

DE

DE FAMILIA DE DVCE.



AE L I V S.

HAEC familia è Ducatu Amalphiæ originem ducit, & in eo antiquissima esse perhibetur: eo scilicet tempore nomen sortita, quo Amalphiæ summus magistratus Dux creabatur: sicut & Neapoli factum fuisse docuimus. cùmque ex Capicijs Surrentinis descenderet quidam nobilis, capta Ducis cuiusdam Amalphitani filia, cognomen de Duce cognomini suo addidisse ferunt. procedente deinde tempore agnominé tantùm vsi sunt, & relicto Capiciorum cognomine, De Duce appellati sunt. Hos Ioanna II. tempore inter nobiles adscitos credo, cùm nunquam antea eos inuenerim, nec alios in hac familia notos fuisse sciam, nisi Rainaldum, & Ioannem Antonium, quibus Aragonei Reges Aradaum, & Cutrofianum, vicos in Salentinis concessere, quos eorum posteri hodie quoque possident.

V I N D E X.

VOcabulum Ducis, nisi quid me fallit, suasit Aelio, vt affirmaret, familiam hanc natalium


suorum originem trahere ex Amalphitanis Ducibus. At quis prohibet eamdem oriri potuisse ex Neapolitanis Ducibus? cùm nullum adinueniatur monumentum, quod Aelio vel suffragetur, vel refragetur. Verùm, si quid assequi coniectura possumus, libenter assererem, familiæ huius authorem fuisse Ioannem quemdam cognomento Ducam, magnum in Samnio baronem, & regnante Gulielmo Rege, qui Bonus cognominabatur, Alti Sanctæ Mariæ, Scansani, & Salcuri possessorem[a]. In eadem præterea Prouincia adinueni plerosque feudorum Dominos: ex ijs vero Rainaldum, & Bertuldum dominatu suo tenentes oppida, Furcam Petulam, Roccam de Fundis, Bugnanum, Turrim, Crucem Arnaram, Ripam de cornu, Roccam de intus, Turrim Aifredi, Arpinianum, Tursonem, Roccam de viuo, Lunianum, Gifonium, Pisanellum, Cersonem[b]. Maneat igitur familiam esse multo nobilissimam non modò ob ea, quæ à me, & ab Aelio æquè commemorata sunt: verùm etiam quia legimus Berardiscam de Duce, Sueuorum Regum ætate, nuptam fuisse cum Riccardo de Sancto Seuerino, Casertæ Comite. c

a *In edit. monum.*

b *Fasc. 70. p. 206. an 1275. Fasc. 92. pag. 265. an. 1289. 1305. D. p. 23. c 1269. B. pag. 170.*

DE

DE OFFERIIS.



AELIVS.

OFferij è Rauello, vbi ad meam vsque memoriam eorum incunabula durauere, Neapolim profecti sunt Roberti Regis tempore, ac statim inter nobiles habiti. Familia fuit admodum populosa, & militum ferax: inter quos Nicolaum Castelli Petrosi dominum, Iacobi Caldoræ viri inclyti alumnum, aliosque non contemnendos, nec obscuri nominis inuenio viros, vrbanorum ac rusticorum prædiorum diuites. Eorum habitatio fuit in vico, quem hodie etiam Offeriorum vocant. qui vicus post viam Regiam ab Arcu ad Nidi Sedile ducit. Hodie ex hac familia nemo superest, & Rauelli etiam extincta est.

VINDEX.

OFferij vocitati quoque sunt de Auferio. Equidem reor Neapoli nactos esse incunabula, vbi sub Sueuis Regibus gradu militiæ, & feudalibus opibus præstitere [a]: nisi forte, vt aliorum fert opinio, sui generis coloniam ad nos traduxerit Dau-

a Petrus, & Adenulphus in edit. monument.

V 2 ferius

ferius ille, Sicardo Beneuentanorum Principi affinitate deuinctus, quem patria extorrem Salerno Neapolim profugisse legimus [b]. Omnino tamen Offeriorum successores ac posteri, quorum studium Carolo Andegauensi in Thracia expeditione non defuit [c], cùm in antiquis Archiui tabulis, tum etiam in marmoreis sacrarum ædium monumentis Neapolitani nobiles appellantur. Ita legebatur in Diuorum Gaudiosi, & Fortunatæ.

b *Herempertus.*

c *Nicolaus, Ligorius, Ioannes, Petrus, eiusque Fratres, & Adenulphus. in edit. monum.*

HIC IACET DOMINVS IOHANNES DE OFERIO DE NEAPOLI QVI OBIIT ANNO DOMINI MCCCIX. INDIC. XII. DIE I. MEN. APR.

Et rursus

HIC IACET DOMINA IOHANNA DE ALFERIO DE NEAPOLI QVE OBIIT ANNO DOMINI MCCCXXX. DIE V. MEN. NOVEM. III. IND.

Item in D. Dominici

HIC IACET NOBILIS VIR DOMINVS BARTHOLOMEVS DE OFFERIO DE NEAPOLI QVI OBIIT ANNO DOMINI MCCCXL. DIE XXI. MEN. FEBR. VIII. INDIC.

Ex his Bartholomæus, Carolo II. Rege, Capitinatam prouinciam administrauit [d]: & Ligorius pro Rege Roberto Brutijs præfuit [e]. Verumtamen Nicolaus, cuius meminit Aelius, ad Castri Petrosi dominatum oppida adiecit Monteronum, Cannetum, & Mallianum [f], auctusque est filio Alferio: sed vterque cognomento de Alferijs, patriaque Aeserninus vocitatur. [g]


d 1305. 1306. *D. pag.* 196.

e 1329. *D. p.* 173.

f 1423. *p.* 420.

g 1417. *pag.* 330.

DE ALDEMORISCIS.



AE L I V S.

ALdemorisci è Græcia oriundi, post occupatum à Paleologis Imperium, Balduini, & Tarentinorum Principum partes secuti Neapolim venere. & quibus ipsi diuites venerant, bonis, & regia liberalitate insignes domos Neapoli sibi parauerunt in via, quæ à Regia ducit ad ædem D. Laurentij, quam etiam ab Vlmo nominant. Procedente deinde tempore quamplures viri fortissimi ex hac familia prodiere, inter quos fuit Ludouicus Regni Siciliæ Admiratus, & plurium oppidorum dominus, quem in conspicuo sepulcro in Aede D. Laurentij sepultum videmus, fuit & Angelus Ladislai Regis classis præfectus, alijque terrestri militia strenui & insignis viri. Hodie tamen è tam clara, & illustri familia nemo superest.

V I N D E X.

QVæ de Aldemoriscorum origine, aduentuque Neapolim Aelius adinuenit, antiquis monumentis omnino aduersantur. quippe in Amal-


Amalphitano D. Laurentij tabulario, quæ extat, Aldemoriscornm memoria multo vetustior est anno CIƆ.CC.LX. quo fere anno Balduinus Orientis imperio deiectus est à Michaele Paleologo. & omnino, regnante Rogerio, Guaimarius Aldemoriscus Neapolitana nobilitate præcellebat [a]: ac Manfredo Rege, Landulphus bonis feudalibus fuerat opulentus [b]. & insequente postmodum tempore Matthæus assecutus est oppida, Ricianum, Triuianum, & Salicem [c]: Riccardus Limosanum [d]: Ludouicus verò Regni Marescalcus, & Viceadmiratus Baroniam Formiculam sibi comparauit [e]. aliaque ad oppida, vt mea fert memoria, Aldemoriscorum ditio non pertinuit: neque Ludouicus fuit vnquam Regni Architalassus.

a *Autog. anni* 1138. *sign. n.* 128.
b *In edit. monum.*
c *Fasc.* 48. *p.* 171. *Fasc.* 72. *pag.* 177.
d 1417. *pag.* 395.
e 1415. *pag.* 187.



D E

DE BONONIIS.



AELIVS.

Panormita noster Antonius Bononiæ familiæ Neapoli principium dedit, cum Alphonso I. Rege veniens præceptor, & consiliarius: cuius maiores è Bononia, unde oriundi fuerant, & Beccadelli vocabantur, Panormum aliquot ante annis venerant. ibi ipse natus est, & Panormitæ cognomen sibi delegit. Vir bonarum artium studijs apprime insignis.

VINDEX.

Bononij plurimum sibi splendoris in Sicilia pepererunt, quandoquidem ex ijs vnus, nomine Simeon, fuit Panormi Archiepiscopus, ac totius Siciliæ Regno, Alphonsi Regis nomine, non semel præfuit[a]. Castella Cephaleam, Sambucam, & Marinæum in suam sibi possessionem adsciuerunt. De Antonio vulgari cognomento Panormita, qui eorum primus Neapoli domicilium posuit vnà cum rebus, ac fortunis suis; præstat in præsentia tacere, quàm quicquam strictim attingere: is enim ob

a An. 1450. 1452. 1454. 1457. *Antonini de Amicis Chronol. Proregum Regni Siciliæ.*

ob ſuarum virtutum ornamenta, ac multiplicis, variæque eruditionis ſupellectilem celebrabitur omnium pene gentium litteris, neque vlla vnquam ætas de tanti viri laudibus conticeſcet. Fuit ille Henrico milite prognatus, qui in vrbe Panormo fuit Prætor, vnus ex præcipuis, clariſque magiſtratibus. b

b *Hiſt. Bonon. fam. pag.* 8. *ad* 38.



DE

DE MILA DICTIS MILANIS



AELIVS.

EOdem quasi tempore Auxias Milà, genere Valentinus, nobilis, Callisti III. Pontificis nepos, ducta in uxorem, vt diximus, Nicolai Alanei filia, inter Nidi nobiles adscitus est. Eius posteri aliquando in memoriam Alanea familia Milà de Alagni vocati sunt. Viuunt hodie Baldassar vir summa seueritatis, & plures eius filij adolescentes.

VINDEX.

MIlanorum familia perillustris Valentiæ in vrbe Hispaniæ Tarraconensis; vbi centum fere & octoginta ab hinc annis titulū Comitis sunt consecuti. Verùm ab anno CIↃ.CC.XXXXVII. cum iurisdictione possederunt, & nunc etiam possident castrum, quod Hispanico idiomate dicitur, Mazalanes. Regni illius historiæ testantur, illos multis ante seculis fuisse Comitis titulo insignes


Gaspar Excu lanus in hist. Vrbis, & Regni Valen. lib. 9. cap. 34. pag. 1262. ad 1266

in Gallia Narbonensi: cùmque traijcerent in Hispaniam ob Mauros debellandos, armorum vi sibi vindicasse castellum, quod ab suo cognomine appellauere Milà, sicut etiam in præsentia vocatur. Tandem in nostrum Regnum vnà cum Regibus Aragonensibus se contulere. Hìc Ferdinandus Rex anno CIↃ.CCCC.L. concessit Petro Tropæam Calabriæ vrbem cum alijs oppidis. quæ sanè omnia aduentu Caroli VIII. pessum abiere. Posteri verò Auxiæ, fidelem seruitutem Alphonso seruientis, Sanctum Georgium in eadem prouincia castrum sibi compararunt, quod castrum adhuc retinent cum titulo Marchionis.



DE

DE CAPVANIS.




AELIVS.

CApuani ex Amalphia Neapolim venere: sed nescio an ex Galliis Amalphiam venerint, ut ex nobilissimis insignibus eius familiæ coniectare licet: nam in campo argenteo, frequentibus caudis arminiorum disseminato sanguinolentum leonis caput gerunt. quo tamen tempore venerint nescio. Inuenio Thomam Capuanum anno CIↃ.CCC.LXII. *multorum in Samnio oppidorum dominum. post eum fuit Matthæus ex eadem familia eques illustris, quem sepultum in æde D. Dominici videmus inter templi fornicem, & sacellum Comitum Magdaloni cum magnificentissimo epitaphio. qui Bouianum, & viginti amplius castella possedit: quæ Ioannæ II. Reginæ tempore Maria eius aut filia, aut neptis in alienas familias transtulit: nam pars maxima cessit Francisco Pandono, primi eius viri ex ipsa filio. qui Franciscus postea Comes Venafranus creatus est. cetera autem pars filiis, quos ex Nicolao Sanframundo, secundo eius viro genuerat. Et in ipsa nobilissima Capuanorum gens defecit.*

VINDEX.

CVM hanc familiam auguratur Aelius esse è Gallia oriundam ea ratione motus, quòd insignibus vtatur ad speciem augustissimis, & maximè generosis; seruat ille quidem suum ratiocinandi tenorem: quandoquidem alibi in suis scriptis conijcit Loffridos ortum habere è Gallia, propterea quòd egregiam ostentent generis claritudinem. quasi verò non nisi è Gallia vera ac germana nobilitas oriatur. at quotus ignorat vel mediocriter gnarus Italicæ nobilitatis, eam Teutonica nobilitate, ne dicam Gallica, nihilo inferiorem esse. Et Capuani quidem insignitè nobiles sunt, vtpote qui genus repetunt à

Autog. anni 12020. fig. n. 340. in D. Trinit. Amal.




De Petro familiæ iuxta, ac patriæ ornamento superstes Amalphi lapis ità loquitur.


Hic spectare licet Capuani insignia Petri,
Cuius ope illustris semper Amalphis erit.
Legatus, Tyrio redimitus tempora cocco,
Bizanti sedem missus ad vsque fuit.
Et patriæ memor, exorato Pontifice, almum
Andreæ corpus lætus in vrbe locat.
Canonicam, Xenodochium, Scholamque ministrans.

Hodie gens hæc extincta est in Sedili Nidio. Verumtamen inter nobiles Portanouensis Sedilis adnumeratur: in quod Sedile Andreas, qui fuit Thomæ, cuius Aelius meminit, germanus frater, inita cum Bonifacijs affinitate, familiam transtulit.

Hist. Cas. Pagani m. 5. pag. 36.
Franc. de Petris in eadem famil. p. 147.



DE DOMO DE ACERRIS.



AE L I V S.

ACerrarum familia ex Acerris venit, & paruo admodum tempore Neapoli visa est resedisse. Ex ijs neminem inuenio, de quo aliquid dicam.

V I N D E X.


SI peruetus tabularium aliquanto curiosius Aelius inspexisset; non dubito quin perplures occurrissent eius familiæ viri, de quibus non sine aliquo nobilitatis encomio scribere potuisset. Et illos quidem ex vrbe Acerris originem traxisse suam, nullum nobis indicium subministrat antiquitas, vnde aliquam eius rei coniecturam ducere possimus. Et quamuis non me fugiat nobilissimis interdum genere familijs natale solum indidisse cognomina; id certè viro antiquitatis peritissimo non adeo solenne esse debet, familias vt omnes, quæ cum oppidis locisue nomina communicant sua, ab eisdem primordia accepisse pertinaciter obnitatur. Externa non consector exempla, vbi Aelio dome-

domestica suppetunt. Capuana familia non Capuæ, sed Amalphi nata est: eoque primùm, perperam ille quidem, sed tamen retur ex Transalpina Gallia venisse inquilinam. at nulla vsquam in Gallijs reperiuntur oppida, pagiue Capuæ nomine nuncupati. Maneat igitur, Acerrarum familiam annis ab hinc quadrigentis Neapoli extitisse, atque hìc fuisse magnæ nobilitatis & opulentiæ. Id, reliqua si taceant, inde facile conijcias, quòd, Manfredo regnante, inter feudatarios Neapolitanos recensiti sunt Thomas [a], Philippus, Nicolaus, & Ioannes [b]: Carolo I. Rege, Viarium oppidum possedit Philippus [c]: in Atino dominabatur Henricus [d]. erantque qua bonorum feudalium ditione prædiuites, qua dignitate militiæ præcellentes Iacobus, Petrus, Riccardus [e], & Lancelottus [f]. Caroli verò II. & Roberti Regum tempestate pari militiæ honore, & feudalium bonorum opibus præstitere Gulielmus, Ludouicus [g], Cæsarius, Lucas [h]. Quin etiam feminarum beneficio aucta mirificè est familiæ claritudo; siquidem viris nobilissimis nupserunt Sibilia gnata Rogerij Dalmatio de Tarascone, illustri Gallo [i], Matthia Ligorio Scondito [k], Helena Francisco Marramauro, Cizotta Simeoni Caietano [m]. Quibus sanè non modò gentis huiusce nobilitas, verùm etiam longus Neapoli incolatus manifestò dignoscitur.

a *In ed. t. monum.*
b *Fasc. 41. p. 161.*
c 1269. *C. p. 63. àter.*
d *Dux Guardiæ in Siginul. pag. 388.*
e *Ibidem.*
f 1273. *B. p. 3:*
g *Fasc. 22. p. 106. & seq. an 1325.*
h 1298. 1299. *D. p. 195. àt.*
i 1271. *A. p. 150.*
k 1271. *C. p. 32.*
l *Dux Guard. in Marram. pag. 242.*
m *Autog. an. 1501. in Diuæ Annunciatæ Suessæ.*

DE

DE SPINIS.



AELIVS.

SPinarum familia gemina est, vna quæ è Scalis & è Rauello, Ducatus Amalphiæ vrbibus venit: altera, quæ ab Acerris. vtraque mediocris, vtpote cùm de illis nihil nobile, aut magnificum inueniatur, nisi prærogatiuæ possessio.

VINDEX.

QVamquam duæ sunt, vt Aelius docet, Spinæ familiæ: non tamen earum altera è Scalis & Rauello: altera ex Acerris originem trahit suam: sed è Florentia, & Scalis suum principium vtramque agnoscere pro certo habetur. An verò vnadumtaxat, an duæ sint distinctæ familiæ, vnusquisque in eam eat sententiam, in quam sibi maximè collibitum fuerit. Huius certè Spinæ familiæ, quæ Neapolim Scalis commigrauit, peruetus memoria est iam inde à Friderici II. memoria. qua tempestate Gregorius fortunæ bonis erat in primis Neapoli opulentus [a]. quin etiam Fulco vsque adeo diues,

a *Autog. in D. Seuerini.*

ues, vt vel ipsi Carolo I. Regi mutuas dederit pecunias [b]. eorum plerique diuersis quoque muneribus perfuncti sunt, quæ nobilibus viris demandari consueuerant [c]. Verumtamen Thomas maiorum suorum facilè princeps fuit cubicularius omnium primus Reginæ Ioannæ I. cuius nomine legationem obiuit, negotia peracturus multo grauissima. mox etiam creatus est magistratuum omnium censor, &, vt hodie loquimur, visitator, eorum integritatem lustraturus, vel in eos animaduersarus, si quid in suo munere peccauerint [d]. is filium genuit Angelum nomine, qui in agro Auersano Bagnanum feudum indeptus est [e]. Post hæc Alphonsi Regis ætate, Thomas alter, Lucas, & Nicolaus Ioannes, viri ex eadem familia illustres vnà cum Barnaba de Marra, Monacho de Lagonissa, Petro de Cardona, alijsque nobilibus viris magni nominis, proprijs expensis equites milites aluerunt, ijsque præfuerunt. [f]

b 1271. *C. p.* 52. 53.

c *Franc. de Petris in hac fam. pag.* 170. 171. 172.

d 1345. 1346. *A. p.* 83. 1347. *pag.* 239.

e 1457. *pag.* 282. *in Cancel.*

f *Ex Ced. Thesaur.* 1444. *Reg. Alph. I.*



DE TOLFIS.



AELIVS.

ALphonsus II. è bello Etrusco rediens Pauli II. tempore inuenit à Paulo oppressos Dominos Tolfæ Veteris, è nobilissima Fregepanum familia. Volebat enim Summus Pontifex Romanæ Ecclesiæ vendicare aluminis venas, quas Fregepanes in agro Tolfensi inuenerant, asserens mineralia esse supremi Principis. Quapropter Alphonsus cum Nicolao Fregepane effecit, vt Pontifici Maximo cederet ius castelli illius, accepta, vt aiunt, non modica pecunia, quam postea in emptionem Sereni oppidi conuertit. & collocato Ludouico eius primogenito cum Aurelia Carrafa de Spina, Ioannis Policastrensis Comitis, vt arbitror, sorore, eius auxilio paulò post inter Nidi nobiles eius successores accepti sunt. Eius ex primogenito nepos vicum Serenum possidet: alter verò nuper à iuniore Ferdinando Sanctum Valentinum mercatus est, & Comes effectus.

VINDEX.

AD ostendendum Tolfæ familiæ splendorem, opus mihi foret Frangipanorum nobilita-

tem,

tem,vnde illa deducitur,aperire. Sed non eſt præſentis inſtituti, quo Aelij menda calami mei litura corrigere ſuſcepi. ſatis ſuperque eſſe debet hiſtoricorum fides:qua innixi teſtamur,Frangipanorum familiam eamdem eſſe,atque Aniciam,ac Perleoniam. quæ familiæ Reges, atque Imperatores extulere, magnamque vim ſanctorum virorum cæleſtibus tranſcripſere ſedibus.



DE TORALDIS.



AELIVS.

ALphonsus I. Rex quorumdam Regni Principum potentiam suspectam habens hac arte vtebatur. in singulis eorum ciuitatibus, aut oppidis aliquos sibi obnoxios statuebat, collatis in eos beneficijs, vtpote magistratu annuo, aut equestri dignitate: qua de causa illi regia liberalitate deuincti, aut illorum Principum conatus contra Regem infringebant, aut si infringere non poterant, Regi significabant, vt caueret dominorum suorum machinationes. Cum itaque inter Regni Principes, post Ioannem Antonium Vrsinum Principem Tarentinum; Ioannes Antonius Marzanus Dux Suessanus & potentia, & authoritate primus esset, Rex Toraldos, qui è Toraldo vico Suessano oriundi erant, diuites magis, quàm nobiles, & ob diuitias, & cognationes satis potentes in agro Suessano, ad se varijs de causis accitos, aliquos eorum equestri dignitate ornauit; alios pollicitationibus in suam traxit sententiam, Duce Suessano id ægerrimè ferente. Mortuo deinde Alphonso, Ferdinandus filius, paterna vestigia sequens idem facere studuit. Verùm, mortuo Ioanne Antonio Duce Suessano,

ſano, Marinus vnicus eius filius, qui, ducta Ferdinandi Regis ſorore, Princeps Roſſanenſis factus erat, & viribus & dominatu creuerat, eos perſequi cæpit. quos dum Ferdinandus tueri ſtudet, Principis à ſe animum alienauit; vnde tot mala initium habuere. nam Princeps cum Ioanne Andegauenſi communicatis viribus & conſilijs, parùm abfuit, quin Regem & Regno & vita priuaret. Tandem victor Ferdinandus Toraldos patrio vico donauit, eoſque inter familiares habuit. Quapropter inita cum Michaele Coſſo affinitate, eius fauore inter nobiles accepti ſunt. Ex illis ſupereſt hodie Gaſpar, vir muſicæ peritiſſimus, qui ab Arogoneis Regibus poſt Ferdinandi mortem Molæ, & Polignani dominus effectus erat. Sed Veneti Ferdinando Regi difficillimis illis temporibus auxilium præbentes, illas vrbes à Rege peticre, quas adhuc tenent. Eſt & alius quidam Badulati dominus ex eadem familia.

VINDEX.

QVam Toraldis inurit Aelius notam recentioris antiquitatis, eam & probatæ ſcripturæ apertè diluunt, & de impoſtura deferunt Aelij nomen. Conſtat enim ex ijs, fuiſſe Toraldos, vnos ex antiquiſſimis Regni baronibus. Anno ſiquidem CIↃ.CC.XXXXV. Philippus de Toraldo à militari dignitate inſignis cùm eſſet baro in agro Sueſſano eximiè opulẽtus, feuda conceſſerat Martini Fortis liberis (vt ſcripturæ loquuntur) ſub ſeruitio vnius ronceni [a]. Deinde ab Caroli I. vſque ad noſtram ætatem, ſemper eſt reperire Toraldos, caſtellorum dominos. [b]

Anno tandem CIↃ.IↃ.C.XXXXVII. Franciſco Toral-

a Autog in tabul. Monaſt. S. Stephani Sueſſan.

b Ioannes de Toraldo Baro 1298. *A. pag.* 26 *àter.* 1308 *F. pag.* 11. *Landulphus.* 1322. *A. p.* 7. *Nicol.* 1324. *C pag.* 31. *àt. Georg.* 1390. *B pag.* 72. 1392. 1393. *pag.* 62 *àter.* 1400. *B. pag.* 127.

Toraldo Massæ Lubrensis Principe, tanquam antiquæ probitatis, atque omnis integritatis lumine per summam iniuriam extincto, vniuersa Toraldorum familia cum ipso pariter Neapoli extincta est. Tropacæ tamen in vrbe Calabriæ reliqua. Is cùm ad omnes militiæ honores sua sibi virtute strauisset viam; nuperrimè à Neapolitana plebe, cuius furor exarserat, adlectus fuit ad intestini, ac popularis belli regimen. Sed cùm præfractè recusans, nihil profecisset; imperium accepit inuitus. at ea mente accepit, vt turbulentæ plebis tumultus sin minus sedaret omnino, ad bonas certè partes reuocaret. Verùm seditiosa plebs siue moræ, siue consilij impatiens non abstinuit manus à Principe, viro multorum seculorum vita dignissimo, nato factoque ad patriæ salutem, ad Catholici Regis commoda, ac Dei præpotentis gloriam.



D E

DE CAPICIIS SVRRENTINIS,



GRISONIBVS, ET RICIIS.





AE L I V S.

Capicij Surrentini paulà ante meam ætatem inter nobiles accepti sunt. Verùm in ciuitate Surrenti semper inter primarios habiti. Antonius ex hac familia, iurisconsultus insignis ostendit mihi plurima suæ familiæ antiquitatis monumenta, effecitque, ut crederem Conradum illum Capicium, qui pro Manfredo Rege Siciliæ Prorex erat, Beritulæ Caracciolæ vir, de quo IoannesBoccacius fabellam scripsit, ex Capicijs Surrentinis fuisse. nam per singulas ætates ostendit renouatum Conradi nomen ab illius posteris.

GRISONES, ET RICIOS *post hos acceptos vide-* *mus.*

mus; At, quoniam tute ipse scis, qui sint, quiue fuerint eorum maiores, nihil opus est, ut de illis amplius loquar.

V I N D E X.

Capicij Surrentini non alij profectò sunt ab Neapolitanis Capicijs: transtulit illos Surrentum Thomas gnatus Conradi illius, qui pro Manfredo Rege Siciliam tenuit [a]. At Conradus Neapoli domicilium habuit suum, non longo interuallo à Capuano Sedili dissitum [b], in quo dumtaxat Sedili Capicij omnes id temporis versabantur. Idem adnumeratus est in censu Neapolitanorum Baronum [c]; fuitque Marini, quem Neapolitani Capicij parentem sui generis prædicant, germanus frater. Et quidem vtrosque eius æui scriptor anonymus Neapolitanos appellat milites, cùm narrat, cuius modo memini, Manfredum conuiuio ab eis exceptum fuisse in oppido Atropaldo, quò ille, vt Pontificijs sese subduceret copijs profugerat [d]. Ceterum Conrado, vt in Siclæ tabulis legitur, nuptui tradita est nobilis Matrona nomine Blancoflore [e]: & Henrico Capicio, vti Boccacius testatur, Beritula Caracciola [f]. Quocirca nec vera prodit Aelius de Beritulæ & Conradi coniugio; & ab ipso Boccacio, quem sui dicti testem producit, diuersus abit.

a 1269. C. p. 119. Campan. pag. 54. Ametr. p. 32. 36.
b 1298. 1299 A. pag. 27.
c In edit monum.
d Anony. de rebus Manfredi.
e Ibidem.
f Die 2. fabula 6.

Quòd Aelius Grisones, & Ricios, cùm de ceteris Nidi familijs largè, & copiosè loqueretur, silentio præterierit, inde aliqui factitatum autumant, quòd nulla ipsis inesset nobilitatis præstantia historico memoratu digna. Verùm ego ad necessitudinem, quæ Carboni cum ijsdem nobilibus interce-

cede-

cedebat, arbitror Aelium respexisse: superuacaneum perinde vt duxerit de ijs illum familijs exactius edocere, cui nihil, quod eas contingebat, exploratum non fuerat. quò libentius adducor, vt credam, quòd de vtraque gente haud dubia extant monumenta nobilitatis.


Et sanè GRISONIA in vrbe Rauello, quò suam refert originem pluribus ante seculis nobilis fuit [g]. mox aduecta Neapolim nobilitatem adauxit dominatu oppidorum Marianellæ, Ginosæ, Castri Petrosi, Aulettæ, Montis Caueosi, & Pomacij. [i]

At RICIA fluxit ab Stabijs; sed illò aut Neapoli, aut Amalphi profectam nonnulli contendunt, propterea quòd eas quoque vrbes incoluerit antiquitus. suis tamen non caret ornamentis, quippe Castrum Francorum, & Trechinam in Lucania tenuit. & Michael ea apud Ludouicum XII. gratia valuit, vt ad nullum dignitatis gradum non adscenderit. [k]

g *Paschal. mutuo dedit pecunias Carolo I. Regi* 1271. *C. pag.* 64. *Sergius Archiep. Amalp. & Henricus miles hist. Frãcisci de Petr. pag.* 176.
h *Angelus.* 1400. *B. p.* 77.
i *Iacob. Quin.* 1494. *Exec.* 10. 1509.
k *Capac. in hist. l.* 2. *c.* 10. *pag.* 493. 494.



DE AVRILIIS.



AELIVS.

AVrilia gentis aliquot viri ex Hispania Tarraconensi cum Sancia Regina, aut cum Violante venerunt Roberti Regis tempore, qui domos sibi prope cœnobium S. Seuerini delegerunt. Hi Caroli III. tempore, & Ladislai eius filij & numero, & virtute adeo creuerunt, vt calamitosissimis illis temporibus, quæ à Ioanna I. Regina vsque ad mortem Ioannæ II. defluxere, singulis in bellis semper aliquis ex hac familia insigne aliquod facinus patrauerit. Secuti sunt incredibili fide, & pertinacia Caroli III. & mox Ladislai partes. qui Ladislaus gratitudine vsus, eos liberalissimè tractauit: nam, præter Gurrellum Magnum Regni Protonotarium creatum, eius filios sex Comites declarauit: vnum Casertæ, Acerrarum alium, tertium Coriliani, quartum Burgentiæ, quintum Tricarici, sextum Potentiæ: adaitis etiam singulis Comitatibus pluribus terris atque oppidis, quorum numerus amplius octoginta censebatur. Mortuo Ladislao, cum ægerrimè ferrent Ioannæ II. scelera, pro veteri eorum in Dyrrachinam familiam fide, ac studio Sfortiæ adhærentes in exathorando Ser-

gianne

gianne Caracciolo, in odium Reginæ cecidere. quæ, eodem Sergianne authore, paulatim eos dominatu omni expulit. Eorum felicitatem annis circiter viginti durasse comperio. Nescio tamen quo Dei beneficio hodie Franciscus Aurilia Pisticium, & Montem Albanum tanti dominatus reliquias possideat.

VINDEX.

ADmiratione ne, an irrisione digna est Aelij licentia liberè enunciantis, Auriliorum familiã vnam esse ex familijs exteris aduenisque: aduenisse nimirum huc ex Hispanijs vnà cum Regina Sancia, vel Regina Violante. Irrisione certè, ac ludibrio. extant enim monumenta non pauca, quæ & Aelij inscitiam sugillant, & apertè testantur ante plerosque annorum centesimos, quàm Reginæ illæ Neapolim per somnium vidissent, eam familiam fuisse Neapoli percelebrem. Et vt monumenta prætercam, quæ diuersis religiosorum hominũ cœnobijs priuata custodia continentur, & indicãt gentis huiusce nobilitatẽ ortum habuisse Neapoli ante annum Christi Domini millesimum; prodã aliqua ex veteri deprompta archiuo, quæ fatentur, Manfredo quidem Rege, Ioannem [a], Thomam, Iacobum, Cæsariũ [b], in militũ, ac feudatariorum Neapolitanorũ numerũ fuisse relatos: Carolo autem I. & II. Regibus, pleriq; alij leguntur, eiusdẽ dignitatis ac censsus [c]. Ex quibus omnibus perspicere facilè possumus, familiã hanc sub amœnissimo Neapolis nostræ cælo primùm ortã, ac procreatã, deinde splendidè, lautèq; tẽporis diuturnitate coalitã, postremo multorũ feudorũ, ac titulorũ accessione splendescentẽ, conflauisse tibi nobilitatem non vulgarem, atq; cõmunem, sed extraordinariam maximèq; conspicuã.

a *In edit. monument.*
b *Ibidem.*
c 1274. *M. p.* 126. *dter. Marinus, Lãdulph.* 1309. *C. pag.* 47. *dt. & 93. Aloysius, Orlandus, Riccardus, Marinus, Gregorius.*

Z 2 DE



AELIVS.

IOannes Andreas Sophus, nobilis Puteolanus, iurisconsultus non incelebris ostendit mihi in quaternione Caroli II. tempore instituto Constantiæ gentis originem satis sigillatim, & suo ordine inscriptam cum emptionibus prædiorum, quæ in agro Auersano, & prope Linternum habebant, & loci illius, quem nunc vulgò Beluedere dicunt. ego tamen originis dumtaxat verba hic inserere volui: Imperante Domino Federico Barbarussa in Germania, Dominus Christophorus cum duobus fratribus, viri armipotentes, pugnauerunt cum Principibus contrariæ factionis; & post multam effusionem sanguinis expulsi fuere. Sed, quia erant satis strenui, cum sequela eorum multoties in Italia fecere prælia cum inimicis Imperatoris pro vexillo Imperij: quapropter Federicus Imperator eos valde diligebat. Demum postquam Dominus Imperator vltra mare mortuus est, Dominus Christophorus cum suis in Italiam reuertens, cum triremibus & nauibus Domini Lisei Arcutij, domini insulæ Capræ, & Capitanij

clas-

claſſis maritimæ quondam Imperatoris, venerunt ſimul in magna amicitia,& Dominus Liſeus dedit in vxorem Dominam Magdalenam Arcutiam, filiam ſuam Domino Chriſtophoro. qui Dominus Chriſtophorus erat valde diues in pecunia.& poſtquàm videbat, quòd in Germaniam redire non poterat amplius, propter potentiam aduerſariæ partis, factus eſt ciuis Puteolanus ab annis M.C. LXXXXI. & fecit cum Domina Magdalena nouem filios, videlicet Dominum Iacobum, Dominum Martutium,Dominum Federicum,Dominum Henricum, & alios. Verùm Dominus Iacobus armauit duas triremes poſt XLIII. annos, quàm pater ſuus venerat in ciuitatem noſtram Puteolorum,iuit Neapolim ad ſeruiendum quondam Domino Federico Imperatori II. & emerunt ipſe, & frater eius domos ad portam ciuitatis iuxta mare, & fecerunt in magna quantitate filios;& nepotes; qui hodie ſunt in bona gratia Sereniſſimi Regis,& Domini noſtri, Domini Caroli II. Regis Siciliæ:& vbi hodie habitant, vocatur vicus de Conſtantijs. *Hæc de origine,& eorum aduentu Neapolim. Ego quid in Regijs Archiuijs de hac familia inuenerim, ſubnectam. Primùm Roberti Regis tempore plurimos ex eis milites inueni, quorum opera ſæpe Rex ipſe vſus eſt. leguntur ſæpe in perſonam Conſtantiorum Prouinciarum iuſtitiariatus,aliaque huiuſmodi officia.Poſtea regnante Ioanna I. Caſaltoni, S. Lupi, & Ferrariſij, ac Sancti Petri ad Scafatum: nec non vicorum Teuerolæ, & Caſignani in agro Auerſano, aliorumque aliquot feudorum priuilegia. Mortua vero Ioanna I. ſciſſoque bifariam Regno in partes Dyrrachinam,& Andegauenſem,hæc familia militum populoſiſſima,& bellicoſa aliquando*

quando

quando Regibus ipsis, qui parua erant potentiæ formidabilis fuit. Verum Ladislaus, pulsis Andegauensibus, omnique Regno potitus, eorum audaciam atque potentiam depressit: nam nolebat eos, qui prope maritimam Caputi portam habitabant, & magnas populi Neapolitani clientelas habebant, ius quodammodo habere intromittendi, quem illis libuisset, in vrbem. quapropter maxima pars eorum, aduenienti post Ludouico Andegauensi ad bellum instaurandum adhæsit. Regnante deinde Ioanna II. Iacobutium ex hac familia Neocastrensem Comitatum possedisse, paruo tamen tempore, certum est: nam licet Ludouici Regis priuilegia in Archiuio non seruentur; vidi tamen in priuilegio, quo Ioanna II. Antonio Columnæ eumdem Comitatum dono dedit, hæc verba: Quem Comitatum & terras possidebat indebitè & minus iustè Iacobutius de Constantio, miles. *Me autem puero, Ferdinandus Rex Ioannis Andegauensis bello, eos oppido Summa, quod nescio precario, an pleno iure possidebant, & aliquibus vicis in agro Marelianensi spoliauit, familiamque omnem pene deleuit. Qui ex ea supersunt paruorum prædiorum in agro Vesuuino fructibus se vix, ac miserè substentant. Sunt etiam ex his nonnulli Neapoli hodie, sed non de linea illorum, qui ditiores fuerant, qui nobilibus Sedilis Montaneæ adnumerantur.*

VINDEX.

QVI ex hac familia Neapolim primùm conuenere, quod à proprio solo sortiti cognomen fuerant, idem in alieno retinuerunt, dictique sunt De Puteolo. &, quia magna erant generis claritudine, vix pedem Neapolim intulerunt, cum in Ca-

puano

puano Sedili datus est eis continuò locus: vbi Caroli I. ætate erant illi quidem solito potentiores [a]: at quamdiu cognomen de Puteolo tenuere, nihil nactus sum de eis, quod memoriæ commendari possit, sed ditione sua modò illos obtinuisse in agro Neapolitano bona feudalia primò sub Sueuis Regibus [b]: deinde Carolo II. Rege consecutos esse dominationem Casalis Galli, quod est in Campania vicus [c]. Qui verò primis illis successere, propriumque Constantij cognomen sibi vindicarunt, cum fuissent maritimorum bellorum insigniter experti, triremes tenebant suas, suoque dominatui peculiares. Quo factum est, vt ædes sibi suas prope mare constituerint, ac Sedili Portanouensi, tunc temporis mari contermino adscripti fuerint. Annorum autem lapsu ad tantum euaserunt splẽdoris, ac dignitatis; vt non solum magnificentissima quæque munerum (sicut innuit Aelius) concessu Regum explerent, verùm etiam facilem sibi aditum patefecerint ad acquirenda castella omnino duodeuiginti. Et Iacobus quidem extitit Neocastri Comes: Christophorus magnus Regni Senescalcus: Thomas Regis Cyprij Architalassus. [d]

a *Annal. Matthæi Spinelli.*


b *In edit. monum.*

c 1288. *C. p.* 249.

d *M. Antonij Term nij Apologia à pag.* 5. *ad* 25.

D E

DE SANNAZARIIS.



AE L I V S.

SAnnazarios genere nobilissimos esse, nemo Italicarum rerum mediocriter gnarus est, qui nesciat. Actius Syncerus noster, vir, uti ipse scis, & summæ modestiæ, & synceritatis Caroli III. litteras mihi ostendit, quibus eos, Nicolaum scilicet, & Benedictum Sannazarios ad eius stipendia inuitat. Erat eo tempore Carolus ab Vrbano VI. Pontifice ad Regnum capessendum hortatus, & Sannazarij fratres, Papiæ oriundi à Vicecomitibus Dominis, quorum ditionis erant, stipendia merebant. Ceterum viri generosi magnanimi Regis precibus tergiuersari non potuerunt. itaque salutis anno CIↃ.CCC.LXXXI. *in Caroli III. castra venerunt, alter cum equitum turmis quatuor, alter cum duabus. Rex non tam numero, quàm qualitate militum, ac Præfectorum lætus, illos stipendio satis liberali, amplissimisque promissis prosecutus est. Victo demum Othone Bransuichio, captoque cum Ioanna Regina vniuerso Regno Neapolitano, Sannazarijs fratribus Montis Draconis Roccam, ac feuda quamplurima in Suessano, ac Sidicino agro: item Serram, Sanctum Laurentium, &*

Castrum

Castrum Nouum ob virtutis meritum dono dedit, eosque in carissimis habuit. Mortuo deinde Carolo III. Rege, camdem Ladislao eius filio fidem præstitere. & si Rex ille diutius vixisset, magna in Iacobum Nicolai filium beneficia collaturus videbatur. Successit Ladislao Ioanna II. quæ primùm amoribus Landulphelli Alopæ; mox Sergiannis Caraccioli addicta, ac quasi mente capta, omnes à Carolo patre, & Ladislao fratre euectos prosternere studuit. Itaque Sannazarios, Aurilias, Moriminos, viros bellicosos, & Sfortiæ amicos, quia Sergiannis magnitudinem ferre non poterant, ipsi Sergianni exautorandos, persequendosque tradidit. qui, vt erat prudentia, & in tractandis rebus solertia singulari, varijs de causis modò hos, modò illos infra quinquennium bonis, authoritate, & dignitatibus spoliauit: nactusque occasionem suspicionis, qua Iacobus Sannazarius Annicchino Morimino rebus nouis studenti opem, & consilium præstitisse dicebatur, eum à fisci patrono ad causam dicendam citari procurauit. Iacobus magis cedere tempori, quàm se inimici tradere potestati decreuit: sperabat enim Reginam tot probris coopertam diutius non regnaturam. Verùm opinio eum fefellit: nam mortua Ioanna, eius bona ad Sanseuerinos proceres, & ad Ioannem Antonium Marzanum, Suessæ Ducem, viros potentissimos translata, ab eis euelli amplius non potuere. Superfuit è Iacobo Nicolaus filius, Synceri nostri pater, qui cum bonis, quæ burgensatica Neapoli, & proximis in locis recuperauerat, ducta vxore honesto loco nata, se, Marcum Antonium, & Syncerum, filios aluit. Hodie tamen Syncerus inter aulicos Federici Regis ea gratia pollet, vt nulli dubium sit, eum inter magnates relatum iri à Rege beneuolentissimo; nisi fortuna parum officiosis, ac magnis viris amica aut illi vi-

tam, aut Regi benefaciendi potestatem abstulerit. Et hac familia finem imponet ijs, qua aliunde Neapolim uenerunt.

VINDEX.

DE Sannazariorum familia plenè, ac verissimè scripsit Aelius: ita vt meum foret in præsentia, memorare tantummodo quantum dignitatis, & gloriæ Actius Syncerus adiecerit familiæ suæ, virtutum ac litterarum fama. Sed quis eum pro dignitate laudauerit, qui non familiam modo suam, aut patriam, sed omnem planè Italiam, & quacumque eius ingenij monumenta peragrarunt, sui nominis splendore compleuit. Sed tanto familiæ splendori nescio quid nubeculæ aspersisse videtur Aelius: cum ieiunè admodum dicat, Synceri nostri matrem fuisse honesto loco natam. qua in re miror Aelium, cum sit patria Salernitanus, visum esse ex vrbe sua, Salerno peregrinari. Quotum enim latet Synceri nostri matrem fuisse Masellam de Sanctomangho, non honesta tantùm, sed etiam oppidò clara, ac perillustri familia [a]. Et quamuis faciamus, nullam Sanctomanghis, cum Aquinis cognationem intercedere (quod qui affirmat, solidis nititur rationibus) efferre certè possunt sui generis claritatem cùm ab antiquitate, tum etiam à vassallorum dominatu, quem iam inde ab Normandorum Regum ætate tenuerunt. Solum præterea, in quo Cathedrale Salerni templum excitatum, ac S. Matthæo Apostolo consecratum est, nonne à Sanctomanghis Salernitanæ ciuitati in hunc finem fuit antiquitus elargitum? eaque de causa clerus Salerni-

[a] *Io. Baptista Crispus in vita Iacobi Sannazar.*

lernitanus remunerationis loco singulis annis quasi tributarium munus persoluit sphæram ex floribus fabrefactam, vbi ex vna parte Sanctissimi Apostoli imago, ex altera verò Sanctomanghæ familiæ Insignia repræsentantur. atque huiusmodi annua merces patritio natu maximo è Sanctomanghorum familia cleri nomine dono datur. Ab antiquis item temporibus ijdem possederunt non oppidum modo Sanctomanghum, à quo cognomen mutuati sunt, sed etiam Sanctum Cyprianum, Caminos, Acernum, Calabrictum, vrbem Murum. Gloriari denique possunt de suis maioribus, quorum plerique extiterunt tum armorum studijs, tum etiam pacis artibus insigniter illustres [b]. de quibus non est meum consilium plura in medium afferre. sed satis esse possunt, quæ à me modò commemorata sunt per occasionem Masellæ de Sanctomangho: vt Syncerus noster Sannazarius iactare meritò possit maternum genus non modò honestum, sed etiam præclarissimum.

b *Dux Guardiæ in Sanctomanga fam.*



DE PAPPACODIS.



AE L I V S.

SVnt præterea & Pappacodi nobiles, quorum oblitus fueram, qui ex Aenaria insula venere. De illis paucos claros reperio, præter Linottum, & Artusium. Linottus fuit equestris vir dignitatis Caroli III. tempore; & Artusius tempore Ioannæ II. Quin etiam nonnulli eum inter Reginæ adulteros connumerant. verumtamen eum summa prudentia, & magnificentia fuisse docent & amicitia, quam perpetuam habuit cum Sergianne Caracciolo, qui eum Reginæ cariorem fecit; & domus, ac marmoreum sacellum prope S. Ioannis Maioris ædem. Ex eo duo filij Franciscus, & Antonellus. ex Francisco, qui ætatis prærogatiua, & diuitijs fuit clarior, nati sunt Artusius, Hector, & Baldassar; duoque alij sacris initiati. Artusio Massafram Ferdinandus Rex, Hectori Larinum Ferdinandus alter iunior: Baldassari Laquedoniam Rex Federicus dedit. viuuntque hodie splendidè, atque magnificè.

VIN-

VINDEX.

PAppacodi ab antiquitate maximopere Neapoli commendantur. Iam inde ab ætate Gulielmi Regis, qui dicebatur Malus, nuptias iunxere cum Macedonijs: atque vtrique per suam viciniam cognominabantur, De Nobilioribus [a]. Quare verisimile est, eos ex vrbe Neapoli in insulam Aenariam transmisisse. vbi eorum plerique vnà cum Cossis, & Assantis erant propriarum triremium Domini, atque ab Regibus ab classica bella, ac maritimas expeditiones adhibiti [b]. Verùm Carolo II. Rege, Valenti Pappacodo pro suo Rege prælium incunti, erutus fuit oculus, & ambæ truncatæ manus. tanta fuit atrocitas, atque barbaries eorum, qui hostiliter in Regem se gerebant. ea de causa homo mancus, ac debilis quotidie regijs impensis alebatur, ac sustentabatur [c]. Gulielmus verò auctus fuit maximis ab Roberto Rege reditibus, eo quòd per eam calamitatem officijs, operisque suis deseruierit, ac præsto fuerit [d]. De Linotto autem, atque Artusio, quorum meminit Aelius, deprehendi, Linottum quidem egisse præsidem prouinciæ Principatus [e]: Artusium verò fuisse Regij Palatij Senescalcum, ac loco muneris iniuisse illorum oppidorum dominatum, Barbari, Cropani, & Zagarisij, quæ ipse postmodum vendidit Nicolao Ruffo, Cutronis Marchioni [f]: atque insuper acquisiuisse castella, Pappalsiderum, Castrum Abbatis, Abbatemarcum, & Berbecarium. [g]

a *Autog. in D. Georgij sign. n.* 15.

b 1328. *C. p.* 261

c 1290. *C. p.* 193. 1309. *B. pag.* 262.

d 1331. *A. p.* 361.

e 1402. *p.* 44.

f *Arca E. man.* 54. *an.* 1404.

g *Fasc.* 74. *p.* 61. *an.* 1429.

DE

DE BOSSIS,

Quos Extendardos vocant.



AELIVS.

MArinus Bossa, nobilis Puteolanus, primò Francisci Sfortiæ procurator, post ob iuris ciuilis scientiam in Reginæ Ioannæ aula acceptus, & Reginæ facilitate, & suo merito magistratum inter septem maximos sextum obtinuit, quem Magni Cancellarij vocant. Hic etiam Ioannellam Extendardam, Comitatus Alifiensis, Biccari, Bouini, Arpadij, & Argentij dominam vxorem duxit. huius filius Matthæus, posthabito paterno cognomine, vti obscuriori, maternum amplexatus est: & cum his, qui adhuc viuunt, eius successoribus, Extendardos vocari maluit, dominatusque pars in hac familia adhuc perseuerat.

VINDEX.

DEprehendi Bossas non solum nobilitatis, sed etiam antiquitatis gloria egregiè illustres in vrbe Neapoli [a], in Sedeli Salitorum [b], quod in præsentia Mantaneæ Sedili adnexum est. Illi enim-


a *In edit. monum.*
b *Marinus. Fasc.* 1. *p.* 63. *an.* 1298.

enimuerò, Roberto Rege, castella pleraque suo dominatu complexi sunt. Bartholomæus in Hydrunti Prouincia Licianum, Roccamannanum, aliaque pagorum sua ditione continuit [c]. Iure tamen optimo Marini filij ex Ioannella Extendarda geniti, abiecto maiorum suorum cognomento, maternum sibi cognomen adsciuerunt, allecti videlicet claritate cognominis per totius Regni amplitudinem multo celeberrimi. inuectum quippe iam pridem huc fuit vnà cum Carolo I. ab Gulielmo, qui sub suum aduentum confestim creatus est Neapolitani Regni architalassus, mox etiam Siciliæ Prorex: extititq; feudorum ditione maximè locuples. Ioannella porrò in ditionem, atque imperium adeo honorificum adscendit, vt à Bonifacio Pontifice Max. conquisita fuerit ad sponsam sui nepotis, Samuelis Tomacelli. & quidem facta sponsalia vsque eò processerant, vt ambo sub pueritiam vnum, idemque cubile inierint aliquandiu. Sfortia quoque Magnus ille, eiusdem Ioannellæ nuptias ambiuit, à Francisco filio contrahendas, ab illo, inquam, filio, qui haud multo post Mediolani Dux extitit. Verùm cùm illi ad matrimonium cum Ioannella contrahendum Marino Bossa vterentur interprete, qui (qua erat gratia apud Ioannam II.) non modò Magnus Cancellarius, sed & Regij consilij princeps euaserat. Marinus tam idoneam nactus occasionem, à Samuele, ac Sfortia coniugium auertit: sibi transtulit: ijsque delusis, Ioannellam in matrimonium duxit. [d]

c *Arca Amonip. 34. anno 1316.*

d *Dux Guardiæ in famil. Extandarda.*

DE



AELIVS.

FInem facturus huic libello non ab re fore existimaui, si pauca de alijs familijs quoque subnectam, ne dum præteritas se senserint meos manes iniquitatis accusent, & maledictis prosequantur, quòd eas inter nobiles recensendas esse non duxerim: cùm reuera iudicio meo inter nobiles hodie meritò habeantur, & sint. Vt igitur non desit debitus cuiusque virtuti locus, de aliquibus ex ijs, quas è populari stirpe progenitas esse fama est, quæ virtute nobilitatem sibi peperere, loquar. è quibus primi mihi sese offerunt Morimini. Hi Roberti Regis tempore non inter nobiles, sed inter plebis optimates habebantur. Verum succedente Ioanna Regina, Roberti ex filio nepte, diuitijs aucti arma tractare non sine magna laude cæperunt, & equestribus virtutibus multi viri insignes ex hac familia prodiere. succedentibus deinde alijs, atque alijs Regibus non defuere Morimini equites, qui inceptam nobilitatem, atque patrum auorumque decus, & conseruarent, & augerent. è quibus clariores fuere Franciscus, & Annecchinus, de quorum virtute Blondus meminit; quorum vnus cum Ot-

tino

Vino Caracciolo Ioannam II. Reginam à viri sui tyrannide liberauit: alter, vt in Bartholomæo Facio legimus in vita Alphonsi Regis, ignes naualium militum à non exigua ciuitatis parte arcuit, eorum impetum cum paucis equitibus fortiter reprimendo. Meminit & de altero Annicchino Iouianus noster in bello Ducis Andegauensis, Ferdinandi I. Regis tempore, quem appellat equitum strenuum præfectum, & multis bellis exercitatum. Exiguo tempore Ebolum, Castellum Abbatis, & Campaniam possedere Ioannæ II. tempore. sed & Frignanum vicum in agro Auersano, item & Teuerolam multos annos tenuere, & adhuc tenent. Quibus ex rebus clarè liquet, si nobilitas à diuitijs extimanda est, eos apprime nobiles esse; cum per annos circiter centum quinque in Regij archiuij quaternionibus inter feudatarios reperiantur: si ab armorum tractatione, nobilissimos: nam præter hos, quos clariores nominaui, singulis ætatibus permulti equites strenui & bellicis & ciuilibus virtutibus floruere. Obijt paucis ante annis Berardinus, prætorianorum Calabriæ Ducis militum præfectus, & viuit hodie Traianus Federico Regi apprime carus ob spectatam virtutem, & bellicæ laudis opinionum.


VINDEX.

QVàm proiectè mentitus sit Aelius, cùm Morimilios à plebe proseminatos esse prodidit, facilè deprehendet quisquis vetus tabularium vel è limine salutauerit. Occurrunt ibi Berardus feudalium bonorum locuples, ac militiæ titulo nobilis anno CIↃ.CC.LX. [a] Anselmus ad eumdem militiæ gradū euectus ante annum CIↃ.CC.LXXXIV. quem Rex etiam Melphiæ Castro tutando præfecit.

a *In edit. monum.*


cit. [b] Nicolaus in militaris dignitatis testimonium iam inde ab anno CIↃ.CCC.XX. titulo DOMINI cohonestatus [c]. ac per eadem tempora Andrillus miles amplis reditibus auctus fuit à Philippo Constantinopolitano Imperatore [d]. Atque hi sanè fuere Moriminorum maiores, qui laudabili postmodum armorum tractatione, quam ab ijs hauserant, claritudinem generis sua dignitate cumularunt: in quorum censu numerantur Cobatius miles qui Basilicatæ prouinciæ præfecturam gessit [e]: Ioannes [f], & Petrus [g] militare decus secuti, assecutique, Amelius Laurini Baro [h]: & Calium [i], Leuonij, Montis Corbini, Mareliani [k], Guasti Girardi, Balneoli, Roccæ Suxonis, & Castellucij Toparchæ. [l]

b *Arca I. manip.* 14.
c 1320. 1321. *A. pag.* 225.
d *Arca B. manip.* 64.
e *Arca C. man. an.* 1369.
f 1335. *D. p.* 279. 284.
g 1345. *A. p.* 44.
h 1415. *p.* 12.
i 1429. *p.* 183. *in Cancell.*
k *Termin. p.* 26. 29.
l 1417. *p.* 61. 98.



D E

DE PVDERICIS; ET CICINELLIS.





AELIVS.

SVnt Puderici, & Cicinelli hodie nobiles; quorum Puderici ex vetustissimo, sed Medianorum genere: Cicinelli verò è plebe progeniti à Ladislai Regis tempore belli ac togæ muneribus adeo se extulere, vt Regibus admodum cari fuerint, & amplissimis magistratibus præpositi, quorum splendore atque prouentu maximas diuitias, illustresque cognationes consecuti sunt. & hodie splendidè viuentes inter primates Montaneæ sessionis habentur.

VINDEX.

HIC me admonet locus, vt multa dicam de Medianis. sed quia longum esset omnia proferre, satis sit in præsentia vocis etymon quambreuissimè interpretari. Est igitur Ordo Medianorum inter Nobiles, & Plebeios medius: qualis erat olim in Republica Romanorum Ordo equestris, medius inter Senatores, ac Populum. An autem ordo eiusmodi nostra in vrbe fuerit aliquando, nondum

mihi planè compertum exploratumque est. Certè in veteri tabulario, cuius ego scripta sæpissime, & vero etiam accuratissime versaui per annos sexdecim, nullam reperi Medianorum factam esse mentionem: sed ciuitatem omnem in duos diuisam esse Ordines, Militum vnum, alterum Popularium [a]. Probè etiam noui vulgò circumferri Processum fori iudicialis, cuius est titulus, De Medianis, Item Sententiam Roberti Regis, & Indultum Ioannæ Reginæ, ex quibus argui potest, fuisse quidem ea tempestate aliquem Medianorum manipulum. Sed quoniam nullum extat in tabulario eius Ordinis vestigium; supersedendum mihi putaui eiusmodi argumento, idque alijs maturius discutiendum relinquere. Mihi quidem satis superque fuerit in præsentia ad infirmandam Aelij sententiam eiusdem Aelij autumantis opinio, post quatuor aut quinque ætates Medianum in Nobilium numerum referri posse. quò facilius etiam ostendam, fœde erratum ab Aelio fuisse, qui Pudericos, Ianuarios, Bonifacios inter Medianos recensuerit: multoque fœdius lapsum esse, cum Moriminos, & Cicinellos inter plebeios reponere non erubuerit: quorum omnium extant antiquissima, atque apprimè perspicua monumenta nobilitatis.

a 1283. + p. 5. diter. *Scriptum est vniuersis ciuibus Neapolis tam militibus, quàm popularibus.*

Et PVDERICI ab anno iam CIↃ.CC.LVIII. baronalẽ, militaremq; nobilitatẽ ostentant. etenim in equestris prælij simulacro, ad quod Mãfredi Regis imperio se exercuerunt pro cohonestando Balduino Constantinopolis Imperatore, quo primum tempore ille Barium aduenit, versati sunt tanquam propugnatores Comes Biccarensis, Loffridus de Loffrido, Tancredus de Vigintimillijs, & Conradus

dus

dus Spatafora. Hippomachi verò oppugnatores, qui ad ludicrum certamen ordinatim accedebant, & croceis atrisque insignibus super alios emicabant; recensiti sunt hac serie; Robertus Piscicellus, Gotardus Saxonus, Athanasius Pudericus, Balardus Siginulphus, Stephanus Brancacius [b]. Sub idem porrò tempus in agro Neapolitano multa Puderici possedere bona feudalia [c]. postmodum etiam ad militiæ gradum euecti sunt Sergius [d], Laurentius [e], Henricus [f], Antonellus [g], Raynaldus [h]: ac sub Aragoneis Regibus oppida indepti sunt Sanctum Maurum, Cancellum [i], Laurentianum, Salandram, Garacusium, Serras, Malcalzatos, & Colubrariam. sed ad Cicinellos transeamus.

Cum Carolus II. Rex anno nostræ salutis nonagesimo ad millesimum ducentesimum, Athanasium Cicinellum militari cingulo cohonestasset, omnibus testatum esse voluit, Athanasium non minus quàm à sua virtute, rebusque gestis; è familiæ maioribus nobilitatem petere potuisse: quandoquidem præter honores ab Rege Carolo sibi præstitos, patre, auo, proauis, atauisque progenitus, qui perpetua fuerint in Sedili potiti nobilitate [k]. Quin ad ea, quæ Aelius numerat, familiæ huius ornamenta adiecere alij oppidorum Forini, Petræ, & Carpinonis dominatum. [l]

b *Annal. Mat. Iuuenacen.*
c *Landulph. Robert. Adenulph. Heres Sergij in edit. monum.*
d 1324. *A. p.* 42.
e 1343. *E. p.* 88. *àter.*
f 1384. *p* 159.
g 1418. *p* 62.
h *Priuil. Reg. Ferd.* 1465.
i *Io: Anton.* 1496. *p.* 187. 1498. *p.* 196. *in Cancell. Apolog. Terminij p.* 109.
k 1290. *A p.* 29. *àter.*
l *Quatern. Reg. Cameræ* 1472. *Com.* 7. *p.* 76. *an.* 1497. *Com.* 22. *pag.* 137. *an.* 1500.

DE

DE IANVARIIS.



AE L I V S.

SVnt & Ianuarij duplices. quibus dimidius leo insigne est, maximo ornamento sunt viri duo insignes, Antonius scilicet, & Ferdinandus, Aragoneis Regibus ob prudentiam, ac integritatem in primis cari atque accepti. Hi Mediano genere nati equestris militiæ multos è progenitoribus ostentant. hodie verò, sublato Medianorum nomine, nobiles vocantur, & sunt in sessione Portus admodum potentes. Illorum verò, quibus trabeatus leo insigne est, origo penitus ignoratur. nam ante Bartholomæum, quem cognomento Chiattum vocatum ferunt, neque inter nobiles, neque inter Medianos mentionem ipsorum nusquam me reperijsse memini. Verùm Andreas, & Principallus equites illustres Ferdinando I. ceterisque Aragoneis Regibus adeo se probauere, vt eorum alter Marturani Comes effectus sit, alter Nicoteræ dominus. & inter Regni proceres hodie habentur.

V I N D E X.

QVonam ex fonte hauserit Aelius Ianuarios è Medianis genus ducere, planè me fugit: siquidem

quidem iam inde ab anno CIↃ.CC.XXXIX. Adenulphus baro erat in Principatu prouincia, atque ex ij vnus, quibus custodiendi, tutandique erant Guelfaram vrbium obsides, quæ Galliæ Cisalpinæ adnumerabantur. & Adinulpho quidem saluum incolumemque asseruare Hubertinum Aduocatum, Placentinum obsidem iussu Frederici II. Imperatoris obtigerat [a]. Mox etiam Manfredo, & Carolo I. Regibus, Ianuarij feudalium bonorum possessores extitere non pauci [b]. è quibus Iacobus Castro de Cruce, & Curricula, oppidis in Comitatu Molisij ab Rege Carolo II. donatus est [c]. Militaris præterea dignitas fuit antiquitus Ianuariæ gentis, annisque deinceps voluentibus in eadem perstitit continenter, quoad sensim exoleuit. Eamdem, regnantibus Sueuis Principibus, consecuti sunt Pandulphus, & Petrus [d]. sub Franco-Neapolitanis Regibus adepti sunt item, Carolo I. Rege Andreas, Thomas, Adenulphus [e]: Carolo II. Rege Iacobus [f], Girardus [g], Athanasius [h]: Roberto Rege Bartholomæus [i]. Ioanna I. regnante Princiuallus [k], & Ioannes [l]. Menelaus sub Ioanna II. [m] Dum verò Aragonenses vigerent Reges, Henricus [n], & Leo [o] præter alios dignitatis gradus, ornati ea fuere.

Ceterum duos illos, quos Aelius enumerat, Ianuariorum cætus in vnam eamdemque familiam coaluisse facilè adducor, vt credam: cùm videam ambos idem Sedile Portus sortitos; ambos sub curia nobilium, qui ex Aquario nuncupantur, contineri. ambos leonem, præcipuum stemmatis sui corpus perpetuò retinuisse. amborum denique stemmata in vna eademque gentilitia tessera collocari in D. Petri ad Fusarellum.

a 1239. p. 43.
b *Pandulph. Petr. Iacob. Rog. Io: Tenaglia, Altruda, Maria, Adenulph. Thom. Andr. Simeon Athan. in editis monum.*
c 1295. *B* p. 6. *àter.*
d *Ibidem.*
e *Ibidem.*
f 1295. *B. p. 6. àter.*
g 1302. *A. p.* 117. *àter.*
h 1304. 1305. *I. pag.* 102. *àt.*
i 1305. *C pag.* 28. *àter.*
k 1343. *E. p.* 134. *àter.*
l 1343. *C. pag.* 136.
m 1415. *p.* 93.
n *Com. 9. Reg. Alph. I. pag.* 231. *an.* 1441
o *Com. 7. Reg. Ferd. I p.* 121 *àter. an.* 1468. *Priuileg.* 15. *p. 7. an.* 1483.

D E

DE IANVARIIS.



AE L I V S.

SVnt & Ianuarij duplices. quibus dimidius leo insigne est, maximo ornamento sunt viri duo insignes, Antonius scilicet, & Ferdinandus, Aragoneis Regibus ob prudentiam, ac integritatem in primis cari atque accepti. Hi Mediano genere nati equestris militiæ multos è progenitoribus ostentant. hodie verò, sublato Medianorum nomine, nobiles vocantur, & sunt in sessione Portus admodum potentes. Illorum verò, quibus trabeatus leo insigne est, origo penitus ignoratur. nam ante Bartholomæum, quem cognomento Chiattum vocatum ferunt, neque inter nobiles, neque inter Medianos mentionem ipsorum nusquam me reperijsse memini. Verùm Andreas, & Princiuallus equites illustres Ferdinando I. cæterisque Aragoneis Regibus adeo se probauere, vt eorum alter Marturani Comes effectus sit, alter Nicoteræ dominus. & inter Regni proceres hodie habentur.

V I N D E X.

QVonam ex fonte hauserit Aelius Ianuarios è Medianis genus ducere, planè me fugit: siquidem

quidem iam inde ab anno CIↃ.CC.XXXIX. Adenulphus baro erat in Principatu prouincia, atque ex ij vnus, quibus custodiendi, tutandique erant Guelfaram vrbium obsides, quæ Galliæ Cisalpinæ adnumerabantur. & Adinulpho quidem saluum incolumemque asseruare Hubertinum Aduocatum, Placentinum obsidem iussu Frederici II. Imperatoris obtigerat [a]. Mox etiam Manfredo, & Carolo I. Regibus, Ianuarij feudalium bonorum possessores extitere non pauci [b]. è quibus Iacobus Castro de Cruce, & Curricula, oppidis in Comitatu Molisij ab Rege Carolo II. donatus est [c]. Militaris præterea dignitas fuit antiquitus Ianuariæ gentis, annisque deinceps voluentibus in eadem perstitit continenter, quoad sensim exoleuit. Eamdem, regnantibus Sueuis Principibus, consecuti sunt Pandulphus, & Petrus [d]. sub Franco-Neapolitanis Regibus adepti sunt item, Carolo I. Rege Andreas, Thomas, Adenulphus [e]: Carolo II. Rege Iacobus [f], Girardus [g], Athanasius [h]: Roberto Rege Bartholomæus [i]. Ioanna I. regnante Princiuallus [k], & Ioannes [l]. Menelaus sub Ioanna II. [m] Dum verò Aragonenses vigerent Reges, Henricus [n], & Leo [o] præter alios dignitatis gradus, ornati ea fuere.

Ceterum duos illos, quos Aelius enumerat, Ianuariorum cætus in vnam eamdemque familiam coaluisse facilè adducor, vt credam: cùm videam ambos idem Sedile Portus sortitos; ambos sub curia nobilium, qui ex Aquario nuncupantur, contineri. ambos leonem, præcipuum stemmatis sui corpus perpetuò retinuisse. amborum denique stemmata in vna eademque gentilitia tessera collocari in D. Petri ad Fusarellum.

a 1239. p. 43.
b *Pandulph. Petr. Iacob. Rog. Io: Tenaglia, Altruda, Maria, Adenulph. Thom. Andr. Simeon Athan. in editis monum.*
c 1295. *B p. 6. àter.*
d *Ibidem.*
e *Ibidem.*
f 1295. *B. p. 6. àter.*
g 1302. *A. p. 117. àter.*
h 1304. 1305. *I. pag. 102. àt.*
i 1305. *C pag. 28. àter.*
k 1343. *E. p. 134. àter.*
l 1343. *C. pag. 136.*
m 1415. *p. 93.*
n *Com. 9. Reg. Alph. I. pag. 231. an. 1441*
o *Com. 7. Reg. Ferd. I p. 121 àter. an. 1468. Priuileg. 15. p. 7. an. 1483.*

D E

DE BONIFACIIS.



AELIVS.

SVnt & Bonifacij vetustissimo è Medianorum genere, diuitijs admodum clari, qui à Ioanna I. temporibus, perpetuis erga Reges obsequijs se nobilitauere, & magistratus amplissimos gessere. Ex his hodie superest Robertus, cui nuper Federicus Rex Oriam oppidum, imo ciuitatem in Salentinis Metropolitanam ob virtutis meritum concessit.

VINDEX.

MVltiplices diuersique Bonifacij extitisse perhibentur: & ab Gallijs quidem Petrus [a], Gulielmus [b], & Gulielmottus, ex vrbe Verona Franciscus [c] Neapolim aduenisse Carolo Andegauensi ministraturi. Postmodum Robertus Rex ab Liguria ad sua acciuit stipendia Ioanninum [d], & Nicolosum [e], balistariorum militum Pentecontarchos. Verumtamen Bonifacios, de quibus in præsentia loquimur, diuersos esse ab ijs facilè mihi persuadeo, cùm videam aliquanto ante, quàm

a 1270. *A. p.* 80.
b 1274. *B. p.* 275.
c 1296. *F. p.* 30.
d 1328. *B. p.* 206.
e 1332. *C. p.* 146.


ad

ad nos exteri Bonifacij commigrarint, illos in Neapolitana nobilitate floruisse. Equidem illud multo exploratius habeo, in Medianorum numerum nulla posse ratione referri: siquidem & habuere maiores annis ab hinc CCCC. militari dignitate claros [f]; & oppidorum imperio [g], administratisque Prouinciarum præfecturis [h] à Caroli I. ætate excelluere.

[f] *Barthol. in edit. monum. Sergius. ibid.* [g] *Bonifacius filius Pauli Dominus Rocca Barbaræ an.* 1275. *Ammir. p.* 77. *Martucius miles Baro Limatæ* 1390. *pag.* 18. *Io: miles donatus Ciuitaquana, & Binizano.* 1292. 1293. *pag.* 19. *Robertus miles Dominus Centonæ, S. Marcellini, & Biccani* 1404. *pag.* 145. [h] *Idem Iust. Princip. citra pag.* 57. *Goffridus miles Iust. Basilic.* 1269. *A. pag.* 54. 144. *& Capitinata. Ammir. pag.* 77.



DE AGNENSIBVS.



AELIVS.

DE Agnensibus quid certi dicam non habeo: nam eorum familia plerumque sterilis paucas admodum imagines habuit, & præter Astorgium Cardinalem, *& Galeottum virum bellicis, ac ciuilibus virtutibus clarum, neminem virum celebrem reperio. Sunt qui dicunt, eos ex Anglia venisse, & genere nobilissimos esse.*

VINDEX.


QVemadmodum ex aceribus, ficuti testantur Agricolæ, pauci admodum existunt rami; ex alijs verò arboribus multiplices effunduntur: ita occulta quadam vi, nutuque diuino nostræ contingit ciuitati, vbi familiarum aliquot, quales Brancacij, Caraccioli, Pignatelli, Carrafei, fœcunditatem vitium æmulatæ, in plurimos sese liberos, quasi palmites, propagarunt. At contra aliæ, vt Lignini, Siripandi, Agnenses, numerantur familiæ, à quibus rara admodum, atque exigua pro-

proſeminata ſoboles fuit. Attamen præter Aſtorgium Cardinalem, & Galeottum, memorantur Adenulphi Agnenſis Heres, Carolo I. Regnante, feudorum Dominus [a], Iacobus inter aulicos Roberti Regis [b], & Rodulphus, quem Rex idem Salerni caſtro præfecit [c]. Nec ita multo poſt Mignellus, qui pro Ioanna Regina ſtrenuè militauit [d]. Caroli demum VIII. tempore Lanceiottus materna Spinellorum ſucceſſione Pirum, Roccam Gulielmam; Sanctum Ioannem de Loncarmo, & Ambrificium poſſedit. [e]

a *Faſc.* 87. *à pag.* 1 *ad* 132.
b 1303. *D. p.* 19.
c 1322. *F. p.* 105.
d 1345. 1346 *B. pag.* 137. *Execut. Car.* 8
e 1495. *p.* 49.



DE PAGANIS.



AELIVS.

Pagani absq; dubio nobiles vetustissimi generis sunt. eorum verò nobilitati non exiguo impedimento est, quòd, Nuceriæ perpetuo multorum seculorum incolatu, Nuceriæ Dominis seruire passi sunt. Patrum verò nostrorum memoria huius familiæ principes Neapolim se recepere, & inter nobiles sessionis Portus habiti sunt. Ex his cognouimus Galeottum armigerorum Ducem strenuum, Ferdinando I. Regi carum, Briciliani ac Vetranæ Dominum; & Ferdinandum regij hippodromi præfectũ.

VINDEX.

Pagani propter multos, quos in agro Nucerino assecuti sunt feudorum titulos [a], oppidum agri caput suo nomine insigniuerunt; quod ad hanc vsque diem Nuceria Paganorum antonomasticè nuncupatur. Anno CIↃ.C.LXXXVII. Horbertus, Gregorius, & Gualterius barones erant [b]; nec ita post multò Paganorum plerique, præter Bricilianum, ac Vetranam, vicos castellaque sibi compararunt Flabateriam [c], Casiluerium, Cantalupum, Gualdum Buctonem, Sanctam Iustam, Genestram, Ba-

a *Curtis in Plano in præsẽtia Paganorũ vicus vocitatur. an. 1396 erat ditionis Galeotti Pagani.*
b *In edit. monum.*
c *Regest. Cencij Camer. an. 1208.*

Babuchium, Sanctum Ioannem in Carico, Fanum Angeli in altissimo, Salam, Pratam, Campofanum, Mancusios, Pratellam, Lusinum, Lorenianum, Lanzarum, & Puteolanum [d]. Illis item ornamento decorique fuere Hugo Templariorum militum author, primusque Magnus Magister, & Nicolaus Archiepiscopus Neapolitanus: nec longum, & continentem Nuceriæ incolatum dedecori fuisse familiæ, Ladislai Regis, quas subijciendas duxi, litteræ patefaciunt. Ita illæ loquuntur.

d 1265. S p. 110. àter. 1269 A. pag. 21. àter. 1274. B. pag. 133. Arca H. man. 90. an. 1317. 1269. S. pag. 172 àter. Fasc. 87. pag. 132. àter. 1336. 1337. C. pag. 98. àt.

1398. pag. 69.

Ladislaus Rex, &c. Vniuersis præsentes litteras inspecturis tam præsentibus, quàm futuris. Laudabile opus agere credimus, si fideles nostros in eorum libertatibus conseruamus. Sanè moti nouiter supplicationibus per virum nobilem Galiottum Paganum de Nuceria militem, Regni nostri Siciliæ Marescallum, nostrique hospitij senescallum dilectum, fidelem nostrum, asserentem omnes de genere Paganorum certas habuisse hactenus franchitias, & immunitates, & de nostro semper demanio extitisse illasque ipsis per nos confirmari, & concedi suppliciter postulauit. Volentes nihilominus fideles nostros in eorum libertatibus conseruari, præfatisque omnibus & singulis de dicto genere de Paganis iam dictas immunitates, & franchitias omnes, & singulas de cetero ipsis concessas, & in quorum possessione hactenus extiterunt, iuxta ipsarum mentem, & seriem confirmamus, & cõcedimus harum serie de scientia certa nostra, eosque tenere perpetuò in nostro demanio, & dominio, tenore præsentium firmiter pollicemur. Mandantes ipsarum tenore præsentium de dicta certa nostra scientia vniuersis, & singulis nostris officialibus, ad quos spectat, & spectare poterit præsentibus, & futuris, quòd iam dictos omnes de præfato genere de Paganis in possessione franchitiarum, & immunitatum prædictarum, & demaniali etiã libertate manuteneant, protegant, & defendant: nec eos super illorum possessione impetant, vel molestent: & super illis non permittant ab alijs indebitè molestari. In cuius rei testimoniũ præsentes litteras exinde fieri. & pendenti maiestatis nostræ sigillo iussimus communiri. Dat. Neap. &c. vt supra die IX. Iulij VII. Ind. Regnorum nostrorum anno XIII.

CON-

CONCLVSIO

AE L I I.

Ceteræ familiæ aut è Medianis ortæ, aut à finitimis oppidis non admodum nobili genere aduentitiæ, facilè diuitijs, & nobilium cognatione inter Montaneæ, Portuensis, & Portanouensis sessionis nobiles acceptæ, hodie inter Neapolitanos nobiles numerantur. Quapropter admonitos velim eos, qui aut vetustam nobilitatem conseruare, aut nouam acquirere volent, vt virtuti, ijsque artibus, quæ famam, & honestas diuitias comparare possunt, incumbant: nec veteris prosapiæ homines, auorum nobilitate contenti superbiant; nec humili loco nati diffidant. cùm quotidie aliqui genere nobilissimi virtutum, ac diuitiarum defectu facillimè è nobilitatis culmine cadere videantur. contra verò quamplurimi sordido genere editi virtutum, & diuitiarum auxilijs ad supremos nobilitatis gradus peruenere.

V I N D E X.

HÆC Aelij sententia vrget me, vt quamprimùm in vulgus emittam alteram voluminis mei partem pro familijs Sedilium Montaneæ, Portus, & Portanouæ, ob indicandam prodendamque nobilitatis præstantiam, qua quidem illæ in suis quæque Sedilibus excelluerunt, & in præsentia excellunt. quarum aliquæ ea fuere generis antiquitate, vt peculiaria Sedilia sibi ipsis cognomina singulæ obtinuerint. quæ postmodum Sedilia

(quem-

(quemadmodum Nidi, & Capuanæ Sedilibus iamdudum contigit) in tria illa coaluerunt. Verùm ego illud scire ex Aelio cupio, vnde illum tantæ caritatis ardor incesserit, vt eas potissimum familias tacitus prætereierit, quæ (vt ipsemet docet) Medianorum satu sunt editæ: præsertim cùm aliquarum etiam meminerit, quæ ex ipsiusmet sententia à plebe proseminatæ sunt, & ad posteros propagatæ. An non sentiebat Aelius, quippe vir ab vsu cautior, à consilio non inops, ab eruditione non mediocriter instructus, eum, qui passim alijs maledicit, id naturæ vitio facere consueſſe, non ex eorum merito, quibus obtrectat? An non intelligebat, qui de alienis bonis generatim ac summatim detrahit, qui alios maledicentiæ velut acicula vniuersè perstringit, eum multo plus iniuriæ inferre, quàm si aperte vniuscuiusque nomen, famamque proscinderet? tunc enim vnica tantum voce vniuersum cœtum notat atque sugillat: & quod narratur de cunctis, id singulis affigi posse demonstrat. Sed esto verissimum quicquid Aelius de familijs, quæ aggregatæ fuere Sedilibus, siue contumeliosè, siue ineptè effutiuerit; de ijs certè familijs, quæ tanquam aquæ Nili fluminis, nullam agnoscunt originem, sed cum eisdem suis sunt satæ, altæque Sedilibus, nonne id asserere iniquum erat? Expers originis fuit enimuero familia Grifforum, quæ proprium sibique cognomen Sedile vindicabat antiquitus. Sui satus exortes sunt Venati, Duræ, Stramboni, Macedonij inter nobiles ex Aquario recensiti, qui versantur in Sedili Portus. Qua igitur ratione persuadere sibi quisquam potest, quod Aelius scriptum reliquit, id à veritate neutiquam abesse?

abesse? Maneat ergo quod initio dicebamus, Aelium vel falsa opinione ductum, vel narratione alterius, qui non consultissimus esset Neapolitanæ nobilitatis, imbutum, ea scripto euulgasse, quæ si veterum scriptorum monumenta versasset, quæ certè vt homo curiosus antiquitatis, & multæ compos eruditionis versare facilè potuisset; dubium non est, quin vel reuocasset, vel maledicendi mentem exuisset. Demum si quid in hoc opere à me desideratur, id non voluntati, quæ ad seruiendum omnibus prona, sed facultatis meæ tenuitati tribuendum putetis. Et, ne meæ religiosi hominis partes deesse vnquam videantur, omnes Terentiani illius admonitos volo, nempe vt desinant maledicere, malefacta ne noscant sua.

FINIS.



LITTERARVM
AB ANTIQVITATE
REPETITARVM
MONVMENTA

Quæ Francifci Aelij Marchesij errata detegunt:

Simulque retegunt præſtantiam, atque amplitudinem

NEAPOLITANAE

NOBILITATIS.



CANDIDO LECTORI, & ſtudioſo veritatis

CAROLVS BORRELLVS.





NIHIL tibi mirandum, ſi operis huius additamentum ipſo toto opere maius videatur. Eſt nimirum quoddam hominum genus, qui ductu, ac propenſione quadam naturæ mendacijs adhærent potius, quàm veritati ſtudent: & tunc potiſſimùm nomen ſuum arbitrantur attollere, cùm alienam gloriam deprimunt. quò mihi magis verendum fuit, ne plus habitura ſint fidei, quamuis commentitia, ac plurimis identidem aſperſa mendacijs, Aelij ſcripta, quàm mea: quæ ſolida quidem ſunt, ac veterum tabularum præſidio communita. Illa ſiquidem quia plurimùm detrahunt de aliorum dignitate, nec minimùm de ſplendore nobilitatis; neſcio quo pacto faciliùs illabuntur in inuidorum hominum animos: mea verò quia nobilitati ſuffragantur eorum, quorum certa extant in litteris, ijſque propitia monumenta, non modò prauis hominibus perſuaſionem gignere nullam ſolent, ſed ne ad aures quidem ipſorum admittuntur. Et, vt omnem à me ſuſpicionem vanitatis amoliar, illud tibi pro certo polliceor, me nihil in lucem hominum editurum, nihilq; approbaturum, quod cognitum, exploratumque non ſit veterum tabularum indicijs: quarum illa dumtaxat in-

medium afferam, quæ compluribus familijs communia sunt cum alijs: vt ex ijs ferre iudicium facilè possis de alijs, quæ à me tantummodo vel indicantur, vel proferuntur. Demum tibi planè persuadeas velim, quæ hic memorantur tabulæ, eas omnes in suis exemplaribus fuisse perlectas, atque oculorum meorum cursu dimensas. Quare cùm ex ijs liquidò constet, Aelij historiam esse mendosam, mendacijque conuictam; esto Neapolitanæ nobilitatis ex animo suffragator: nisi fortè videri mauis liuore suffusus, sinceræ eruditionis expers, ac Regni totius hospes. Vale.



CATA-

CATALOGVS

Baronum Neapolitano in Regno versantium, qui sub auspicijs Gulielmi cognomento Boni, expeditionem ad Terram Sanctam sibi vindicandam susceperunt.

Tametsi huiusmodi enumeratio immista sit Regesto anni CIↃ. CCCXXII. sub signo, A, pagina XIII. ad LXIII. condito sub Carolo Illustri, Calabriæ Duce, gnato Roberti Regis, sui Patris vicario: pertinet tamen ad Normandorum Regum tempora, quemadmodum indicant folia XIX. & XXVII. quibus in folijs commemorantur Rex Gulielmus, &, qui illi in Regno successit, Tancredus Comes Licij: significant itẽ folia XV. XXXI. XXXVII. XXXIX. XLII. vbi recensentur etiam Gilbertus Comes Grauinensis, Ionathas Comes Consanus, Riccardus Comes Fundorum: fit quoque mentio Marij Borrelli: qui quidem omnes, si qua fides est habenda Siciliæ historijs ab Hugone Falcando perscriptis, vitam agebant Gulielmi I. Regis ætate: & ad delendam Maionis tyrannidem conspirarunt. eius autem rei notitiam multò certiorem ingerit folium LVII. vbi accuratè adnotatur, eiusmodi schedam in regestum supra memoratum ex peruetusto exemplari fuisse transcriptam.

ISTA SVNT FEVDA Ducatus Apuliæ.

De Comestabulia Frangalij de Britiꝭo.

CVRIA.

Robertus de Beneth dixit, quòd demanium suum est Beneth, quod tenet in capite à Domino Rege, quod est feudum V. militum, & cum augmento obtulit XI. milites, & XII. seruientes.

Fran-

Francarius dixit, quòd tenet Bitri&um in capite à Domino Rege, quod est feudum IV. militum. & cum augmento obtulit milites X. & seruientes X.

Guillelmus de Tot tenet in balio Sanctum Nicandrum, quod tenet in capite à Domino Rege, quod, sicut dixit Robertus de Beneth,& sicut est inuentum in quaternionibus Curiæ, est feudum X. militum. & cum augmento debet dare milites XX.

Guido de Venusio dixit, quòd tenet in Casamassima in capite à Domino Rege, quod est feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VII. & seruientes VIII.

Goffridus Tortamanu dixit, quod tenet in capite à Domino Rege in Montorone, feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & seruientes V. De Gallipoli, quod tenet in montanea debet inquirere Camerarius.

Rogerius Flamengus dixit, quòd tenet Palum in capite à Domino Rege, quod est feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI. & seruientes VI.

Boamundus de Cagnano dixit, quòd tenet medietatem Nohe,& est feudum II. militum: et in Botonto feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites VIII. & seruientes VIII.

Iudex Maior Botonti dixit, quòd tenet Lusitum, quod est feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III. & seruientes IV.

Guillelmus de Tuulla dixit, quòd tenet medietatem Nohe, quod est feudum II. militum: & in Botonto feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites VI. & seruientes ——

CVRIA.

Hugo Frascenete tenet feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Riccardus de Carbonaria dixit, quòd tenet Carbonariam, quod est feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & seruientes II.

Petrus filius Guillelmi Brisardi, sicut dixit Robertus de Beneth, & Riccardus de Carbonaria, tenet in Cilia feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & seruientes III.

Robertus filius Guillelmi Gurgulionis dixit, quòd tenet Aquamuiuam, quod est feudum V. militum, & cum augumento obtulit milites XII. & seruientes XXX.

Ro-

Robertus Spirlinus, ficut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet Turritum, quod eſt feudum IV. militum, & Iohe, quam tenet de Principatu Tarenti, & eſt feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites XIV. & ſeruientes XL. In quaternionibus vero Tarenti ſcriptum eſt, quòd debet ſeruire de ipſo caſtello Iohe cum augmento, quod ei pertinet.

C V R I A.

Elias Sclauus tenet Balleczanum, quod, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes X.

Guillelmus de Oria tenet Mallanum, quod, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Hugo de Altauilla dixit, quòd tenet in Botonto feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes IV.

Rael de Petramala dixit, quòd tenet in Botonto feudum I. militis & quarti, & cum augmento obtulit milites III. & ſeruientes III.

Filius Guillelmi de Auregnes dixit, quòd tenet in Botonto feudum I. militis, & in Beteċta feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes IV.

Peregrinus de Melphia dixit, quòd tenet in Botonto feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes III.

Sicardus Lombardus, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet in Botonto feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes III.

Iohannes Marchiſanus tenet in Botonto feudum I. militis, quod fuit Guillelmi de AltoIohanne; quod eſt I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes III.

Raul de Genſiano dixit, quòd tenet in Botonto feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes III.

Vxor Guillelmi Seneſcalci, ſicut dixit Robertus de Beneth, tenet in Botonto feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes V.

Filia Guillelmi Gallipoli, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet in Botonto feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes II.

Raynaldus Tallaboſcu dixit, quòd tenet in Botonto feudum I. mili-

militis. & cum augmento obtulit milites II. & seruientes II.

Crispinus de Grauina dixit, quòd tenet in Botonto feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & seruientes III.

Alexander Lepuier, sicut inuentum est in quaternionibus Curiæ, tenet in Botonto feudum I. militis & dimidij.& cum augmento obtulit milites III.

Ferraczanus Venusij, sicut inuentum est in quaternionibus Curiæ, tenet in Botonto feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & seruientes III.

Guillelmus filius Simonis tenet terram, quæ fuit Guillelmi Rapollensis: quam tenuit in Botonto; & est feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

C V R I A.

Robertus Senescalcus, sicut ipse dixit Robertus de Beneth, tenet in Botonto feudum I. militis. & cum augmento obtulit militem I. Et de hoc quod tenet in Barolo, & præcepimus Angot de Archis, vt illud inquireret, & ipse dixit quòd est feudum dimidij militis.& cum augmento obtulit militem I.

Elias de Sclauò dixit, quòd tenet Campolum, & sicut dixit, est feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militem I.

Guillelmus de Tualla dixit, quòd tenet Rutilianum cum casali, quod est de tenimento ipsius Rutiliani: quod, sicut dixit, est feudum VII. militum. & cum augmento obtulit milites XV. & seruientes XX.

Milites LXXXVIII. & quartum.

ITEM DE PROPRIO FEVDO COMESTABVLIAE TERRAE BARI MILITES.

Isti sunt Milites Baroli de Comestabulia Angot de Arcis.

GVillelmus de Malaherba dixit, quòd tenet in Caurato feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & seruientes III.

Filij Henrici Loeregni, sicut inuentum est in quaternionibus Curiæ, tenent in Caurato feudum I. militis. & cum augmento obtulerunt milites II. & seruientes III.

Raul

Raul de Alemagno, ficut inuentum eft in quaternionibus Curiæ, tenet in Caurato feudum I. militis; & in Barolo feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites IV. & feruientes IV.

Petrus de Principatu dixit, quòd tenet in Caurato feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & feruientes II.

Hugo Lugactu dixit, quòd in Barolo tenet feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & feruientes III.

Vmfridus Bonellus dixit, quòd tenet in Barolo feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militem I. & feruientes II.

Galganus filius Iordani dixit, quòd tenet in Caurato feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & feruientes III.

Riccardus filius Iordani dixit, quòd tenet in Caurato feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & feruientes III.

Guillelmus Cebronus, ficut ipfe dixit, tenet in Caurato villanos VIII. & in Barolo domum I. de quo obtulit cum augmento militem I.

Simon de Partenico, ficut dixit Angot de Archis Comeftabulus, tenet in Caurato feudum I. militis. & cum augmento milites II. & feruientes II.

Floriana vxor Berardi de Berfentone, ficut dixit Angot de Archis, tenet feudum I. militis in Caurato. & cum augmento obtulit milites II. & feruientes II.

Altruda vxor Hugonis Blanci, ficut dixit Angot Comeftabulus, tenet in Caurato, & in Barolo feudum I. militis. & cum augmenro obtulit milites II. & feruientes II.

Frefelengda vxor Brilieni Schifiadei dixit, quòd tenet in Caurato feudum dimidij militis. & cum augmento militem I. obtulit.

Boamundus Trauallie dixit, quòd tenet in Caurato feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & feruientes III.

Galganus de Altauilla dixit, quòd tenet in Caurato feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & feruientes III.

Rogerius filius Girohy dixit, quòd tenet in Barolo feudum II. militum. & cum augmento milites IV. obtulit, & feruientes IV.

Goffridus Columbellus tenet in Barolo villanos II. & affidatos VI. & domos, de quo cum augmento obtulit militem I.

Flandena filia Hugonis Gacti, ficut dixit Angot, tenet feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militem I.

Sanſon de Barolo dixit, quòd tenet in Barolo feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes III.

Feuda militum de prædicta Comeſtabulia Angoth de Archis XXIX. & medij, cum Cannis.

COMITATVS GRAVINAE.

Comes Gilbertus Grauinenſis tenet Cannas, quod eſt feudum IX. militum. & cum augmento obtulit milites XVIII. & ſeruientes XVIII.

Idem Comes Gilbertus de Grauina, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ. Demanium ſuum Grauinæ eſt feudum militum VIII. & de Spinaczola IV. militum. & de Florentia eſt demanium ſuum militum IV. Demanium ſuum de Pulignano eſt feudum IV. militum.

Demanium prædicti Comitis G. de Grauina milites XX.

Iſti ſunt, qui tenent de eodem Comite.

ANtenorus AltiIohannis, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet in Grauina feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Riccardus Cebronus tenet in Grauina feudum I. militis, quod fuit Roberti filij Auerardi. & cum augmento obtulit milites II.

Guillelmus de Trigarico, & Guillelmus Malaopera, & Raynaldus de Bellocampo dixerunt, quòd tenent in Grauina feudum I. militis. & cum augmento obtulerunt milites II.

Accardus dixit, quòd tenet in Grauina villanos XXIV. feudum ſcilicet I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Domina Aduyſa tenet in Spinaczola feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Guillelmus Pictarie dixit, quòd tenet in Spinaczola dimidij feudum militis. & cum augmento obtulit militem I.

Raymundus tenet in Florentia feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Goffridus de Francauilla dixit, quòd tenet in Florentia feudum

dum I.militis. & cum augmento obtulit milites II.

Magifter Rufinus dixit,quòd tenet in Florentia feudum I. militis;& cum II.villanis,quos tenet in Grauina, cum augmento obtulit milites II.

Nicolaus de Brahi tenet de prædicto Comite Montem Milionem,quod eft feudum VI.militum & plus. & cum augmento obtulit milites XII.

Guillelmus de Garreis tenet Bellum Montem de prædicto Comite,quod eft factum IV.militum. & cum augmento obtulit milites XIV.& feruientes VIII.

Rogerius de Caiuano tenet à prædicto Comite Caiuanum, & Sanctum Angelum, quod eft feudum VI. militum. & cum augmento obtulit milites XII.& feruientes XII.

Matthæus de Tito tenet de eodem Comite Titum, quod eft feudum III.militum. & cum augmento obtulit milites IV.& feruientes IV.

Guillelmus filius eius tenet de prædicto Comite Laurentianum, quod eft feudum II.militum. & cum augmento obtulit milites IV.& feruientes IV.

Robertus Petraperciate tenet in balio de prædicto Comite Campum Maiorem,& Trefogiam,feudum III. militum. & cum augmento obtulit VI.milites,& IV. feruientes.

Alexander Marfici Veteris tenet de prædicto Comite Marficum Vetus,quod eft feudum II.militum. & cum augmento obtulit milites IV.

Philippa quondam Marchioniffa Grauinæ tenet in vita fua Florentiam,feudum IV.militum. & cum augmento obtulit milites VIII.Qua mortua,reuertetur ad prædictum Comitem Gilibertum.

COMITATVS ANDRIAE.

Comes Bertheraymus Andriæ, ficut inuentum eft in quaternis Curiæ,demanium fuum eft Andria,feudum militum XIII.& in Minorbino feudum militum IV. & in Sancto Archangelo feudum militum VI. & de Policore feudum militum IV. & de Rocca milites II.& de Colobrara milites II.Demanium milites XXXI.& cum augmento milites LXXII. & feruientes CC.

Isti sunt, qui tenent de eodem Comite Bertheraymo Andriæ. Curia.

GVillelmus Rapollensis, sicut dixit, tenet in Andria feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III.
Guillelmus Cebronus, sicut dixit Guillelmus Rapollensis, tenet in Andria feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III.
Robertus Princeps, sicut dixit Guillelmus Rapollensis, tenet in Andria feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.
Danesius, sicut dixit Guillelmus Rapollensis, tenet in Andria feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.
Iordanus de Neapoli, sicut dixit Guillelmus Rapollensis, tenet in Andria feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.
Iacob, & Frater eius tenent in Andria feudem I. militis. & cum augmento obtulerunt milites II.
Robertus Pane & Vinum tenet in Andria feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.
Rogerius filius Giroy, sicut dixit Guillelmus Rapollensis, tenet in Andria feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit I. militem.
Rogerius de Ogiano, sicut dixit Guillelmus Rapollensis, tenet in Sancto Archangelo feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.
Guillelmus Marescalcus, sicut dixit Guillelmus Rapollensis, tenet in Sancto Archangelo feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.
Grahelonus, sicut dixit Guillelmus Rapollensis, tenet in Sancto Archangelo feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.
Raul filius Oberti tenet in Sancto Archangelo feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.
Filius Iohannis de Iuncato, sicut dixit Guillelmus Rapollensis, ipse cum fratre suo tenet in Colubrara feudum I. militis. & cum augmento milites II. obtulit.
Goffridus de Partenico tenet de eodem Comitatu in Castello Nouo feudum VIII. militum. & cum augmento obtulit milites XVI.

Ab-

Abbas Banciæ, ſicut dixit Guillelmus Rapollenſis, tenet Banciam de eodem Comitatu, quod eſt feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VII.

Guillelmus filius Simonis tenet terram Guillelmi Rapollenſis, qui tenuit feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Feuda Militum de Comitatu Andriæ XXV. & medium.

Feuda Militum demanij, & ſeruitij XCVII.

DE COMITATV CVPERSANI.

Isti ſunt Barones, qui tenent de Comitatu Cuperſani.

Riccardus Maleєta, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VIII.

Rogerius Flamengus tenet Grumum, quod, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, eſt feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VII.

Riccardus de Roto, ſicut dixit, tenet feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VII. & ſeruientes VIII. Et hoc iurauit.

Girinus Andriæ, ſicut dixit, tenet in Terlitio feudum Pariſij Guarannonis, quod, ſicut ipſe dixit, eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

Domini Lacumpenſilis, ſicut dixerunt, tenent feudum III. militum. & cum augmento obtulerunt milites VIII. & ſeruientes VIII. Et hoc iurauerunt.

Beregnerius de Miſſanello, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes V.

Domina Gloſæ, vt ipſa dixit, tenet feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites VI. & ſeruientes V.

Domini Toræ acceperunt in excambium à Morellano Vineolam, quæ eſt feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulerunt milites III. & ſeruientes IV.

Prædictus Morellanus dedit prædictam Toram Curiæ, & excepit in excambium Oliuetum à Curia, quod eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes IV.

Pa-

Paganus Nobilis tenet in Rubo,& in Terlitio terram, quæ fuit Gottifredi Malinepotis, & est feudum II.militum. & cum augmento obtulit milites II.

Danes Andriæ tenet in Terlitio feudum, quod tenebat Guillelmus Morellanus,& Guillelmus de Spelunca;quod, sicut ipse dixit,est feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Feuda de Comitatu Cupersani XXIV. & medium.

Feuda Comitatus Andriæ,& Comitatus Cupersani L.

DE PRINCIPATV TARENTI.

De Comestabulia Comitatus Tricarici.

ROgerius Comes Tricarici,sicut inuentum est in quaternionibus Curiæ,demanium suum de Tricarico est feudum VIII.militum: de Albano feudum III.militum: de Petragalli feudum II.militum: de Culba feudum IV.militum: & de Sancto Iuliano feudum I.militis: & de hoc, quod tenet in Andria,feudum II. militum.

Demanium Comitis Rogerij de Tricarico Feuda militum XX.

Isti sunt qui tenent de eo.

GVamarius Capuacij dixit, quòd demanium suum de Abriola, quam tenet de eo,est feudum II.militum. & cum augmento obtulit milites V.& seruientes VI.

Gilibertus filius Saroli Montis Morconis dixit, quòd demanium suum de Monte Morcone est feudum III.militum. & cum augmento obtulit milites VI.& seruientes X.

Guillelmus Monachus dixit,quòd demanium suum de Tricarico est feudum I.militis. & cum augmento obtulit milites II. Quo mortuo,accepit baiulationem terræ Raul frater eius.

Iohannes de Spinosa dixit, quòd feudum suum de Spinosa est feudum I.militis.& cum augmento obtulit milites II.

Stephanus frater Hugonis de Oria tenet pauper feudum in Tricarico. & cum augmento obtulit se ipsum.

Episcopus Tricarici, sicut dixit,tenet in Armento feudum IV. militum. & cum augmento obtulit milites VIII. & seruientes

tes XX. & in Monte Murro, ſicut dixit, tenet feudum VI. militum. & cum augmento obtulit milites XII. & ſeruientes XXX.

Inter feudum, & augmentum milites XX. & ſeruientes L.

Beregnerius de Giſo emit Burganum in Principatu Tarenti, &, ſicut ipſe dixit, eſt feudum IV. militum. & cum augmento obtulit milites VIII.

CVRIA.

Riccardus de Sancta Sophia tenet Riuiſcum, quod eſt feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VII.

Amon dixit, quòd tenet in Picerno feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites III. & ſeruientes X.

Gualdinus de Gloſa emit medietatem Picerni, quæ fuit Pocamati, quod eſt feudum I. militis & medij. & cum augmento obtulit milites III. & ſeruientes X.

Glorioſus de Glorioſa dixit, quòd tenet de Glorioſa feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Thomas de Caſtello Menzano dixit, quòd tenet feudum I. militis de Caſtello Menzano. & cum augmento obtulit milites II.

Goffridus Tortamanu dixit, quòd tenet Gallipolum de Montana, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Vxor Guillelmi Monachi dixit, quòd tenet feudum I. militis de Triuinea. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes III.

Vrſo de Ligorio tenet in Ancia feudum I. militis. & cum augmento obtulit II. milites.

Bernardus de Ligorio, ſicut ipſe dixit, tenet in Ancia feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Vxor Leonis Malaforte, & Dauit, ſicut dixit Raynaldus filius Fredaldi Camerarij, tenet in Ancia feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

DE MONTE PILOSO.

Robertus filius Raynaldi Bellicampi, ſicut dixit prædictus Raynaldus Camerarius, tenet in Monte Piloſo & Grauina

na feudum I.militis. & cum augmento obtulit milites II.
Iordanus filius Raulis de Tricarico, dixit prædictus Raynaldus Camerarius, quòd tenet in Monte Piloso feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.
Guillelmus Malaopera, sicut dixit prædictus Raynaldus Camerarius, tenet in Monte Piloso dimidij feudum militis. & cum augmento obtulit militem I.
Alexander de Petra, sicut dixit prædictus Raynaldus Camerarius, tenet in Petra dimidij feudum militis. & cum augmento obtulit militem I.
Lambertus de Petra filius Eliæ, sicut dixit prædictus Raynaldus Camerarius, tenet pauper feudum militis. & cum augmento seruiet ipse.
Abbas Sanctæ Mariæ Montis Pilosi, sicut Raynaldus filius Fredi Camerarij curiæ significando mandauit: de eo, quod tenet in Yrso obtulit cum augmento milites X. & seruientes L. inter quos numeratus est Tancredo de Yrso cum feudo suo.
Giuano Rubeus, sicut inuentum est in quaternionibus Curiæ, tenet in capite de Principatu Tarenti in demanio Alianum superiorem, quod est feudum III. militum, & Alianum inferiorem, quod est feudum III. militum, & Tur, quod est feudum II. militum, & Guardiam, quod est feudum II. militum.
Hoc totum tenet prædictus Giuanus, præter dodarium vxoris Riccardi filij Giroy, quod tenet in seruitio filiorum: Guardiam, & Tur.
Sunt de demanio milites X. & cum augmento milites XX. & seruientes XL.
Guirnisius de Guardia tenet in Guardia feudum I. militis.
Isti sunt qui tenent de prædicto Giuano.
Guillelmus de Cælum tenet de eo, sicut dixit, in Aliano inferiori feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & seruientes IV.
Guillelmus de Messanello tenet de prædicto Alexandro fratre suo Messanellum, quod est feudum I. militis & cum augmento obtulii milites II. & seruientes IV.
Alexander de Gallipoli tenet de eo Gallipolim, quod est feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & seruientes IV.
Demanij, & seruitij prædicti Giuani.

Mi-

Milites XXVI.cum augmento,& ſeruientes LII.
Et ſi neceſſitas fuerit in partibus illis,ſuper hoc,ibunt quotquot habuerit.

Robertus Petraperciatæ,frater Guillelmi de Petraperciata tenet in balium de Principatu Tarenti Petram Perciatam,quod,ſicut dixit eſt feudum II.militum. & cum augmento obtulit milites IV.& ſeruientes VI. Et ſi neceſſitas fuerit in partibus illis,quotquot habere poterit.

Carbonus de Bellomonte tenet in capite de Principatu Tarenti Gracculum,quod,ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ,eſt feudum IV.militum. & cum augmento obtulit milites VIII.

Robertus Corniti tenet in capite de Principatu Tarenti Cornitum,quod,ſicut dixit Carſidonius frater eius, eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit IV.

Margarita vxor olim Guillelmi AltiIohannis, & filius eius tenent in capite de Principatu Tarenti Altum Iohannem,quod, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, eſt feudum III. & cum augmento obtulerunt milites VI. & ſeruientes L.

COMITATVS MONTIS CAVEOSI.

Iſti ſunt Barones, qui tenent de Comitatu Montis C.

GVillelmus de Caro dixit, quòd tenet de eodem Comitatu Sanctum Maurum,quod eſt feudum VI. militum, & Salandram, quæ eſt feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites XVIII. & ſeruientes XX.

Patritius,qui duxit vxorem,quæ fuit Alberedi,tenet de eodem Principatu Gurgulionem, quod eſt feudum II. militum, & Petram,quod eſt feudum I. militis, & Petrollam, quod eſt feudum I.militis. & cum augmento obtulit milites IX.& ſeruientes XVI.

Sarolus Epiſcopus tenet de eodem Alberedo Caſtellum Roccæ, quod,ſicut dixit ipſe Alberedus,eſt feudum I.militis. & cum augmento obtulit milites II.& ſeruientes IV.

Summa demanij,& ſeruitij prædicti Alberedi:
cum augmento milites XI.& ſeruientes XX.

Mazarinus,ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet

C de

de eodem Comitatu Castellionem, quod est feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & seruientes IV.

Patritius, qui duxit vxorem quæ fuit Alberedi de Doa, tenet in balio Montem Albanum, quod, sicut dixit Guillelmus Petra-perciata, est feudum V. militum. & cum augmento obtulit milites X. & seruientes X.

Paganus de Cyrillano dixit, quòd tenet de eodem Comitatu Cyrillanum, quod est feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites III. & seruientes IV.

Herbertus filius Herberti de Craco tenet cum terra sua Cracum, & Gagnanum, quod, sicut inuentum est in quaternionibus Curiæ, sunt feuda IV. militum, & in duplo VIII.

Riccardus de Camarda, sicut dixit, tenet Camardam, & Ferraczanum, quod est feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

Item Riccardus de Camarda tenet Ingurgum, quod, sicut inuentum est in quaternionibus Curiæ, est feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Vxor Hugonis de Oria tenet Achium, quod, sicut inuentum est in quaternionibus Curiæ, est feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & seruientes VI.

Episcopus Anglonensis, & homines de Anglono obtulerunt VI. milites, & seruientes XL.

Fulco nepos Archiepiscopi Acherontiæ tenet de eodem Comitatu Milliam, quod, sicut inuentum est in quaternionibus Curiæ, est feudum IV. militum. & cum augmento obtulit milites VIII.

Iuliana vxor Adam de Garagusa tenet de prædicto Comitatu Garagusam, quod, sicut inuentum est in quaternionibus Curiæ, est feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & seruientes IV.

Goffridus de Pullano tenet Pullanum, quod, sicut inuentum est in quaternionibus Curiæ, est feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Guaymarius Capuacij tenet de prædicto Comite Acceptorem, quod, sicut dixit Rogerius Burdonus, est feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III.

Vxor, quæ fuit Alaymi de Pomarico, tenet in Pomarico feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Hugo

Hugo de Berollo dixit,quòd tenet in Pomarico feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Hugo de Turſo,ſicut dixit, tenet in Turſo feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Robertus Perſilingus tenet de Principatu Tarenti Iohi, quod, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites VI.Et ſi neceſſitas fuerit in partibus illis,quotquot habere poterit.

Guillelmus de Oria tenet Palianum, quod, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ,eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

COMITATVS LICII.

De terra Comitis Tancredi filij Domini Ducis Rogerij, quæ fuit Comitis Goffridi Montis Caueoſi; ſicut dixit idem Comes Gotfridus,demanium ſuum de Licio eſt feudum X.militum,& de Carminea feudum III.militum,& de Oſtuno VII. militum.

Summa demanij prædicti Comitis Tancredi: Feuda militum XX.& cum augmento milites XL.

Iſti ſunt,qui tenent de eo.

AMardus Guarandus,ſicut dixit, tenet in Licio feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

Rogerius Buchel,ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet in Licio feudum II.militum. & cum augmento obtulit milites IV.

Raynaldus de Treuento, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ,tenet in Licio feudum I.militis. & cum augmento obtulit milites II.

Riccardus de Piſanello,ſicut ipſe dixit, tenet in Licio feudum I.militis & cum augmento obtulit milites II.

Thomaſius Maneſcalcus,ſicut ipſe dixit,tenet in Licio feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Stephanus Falconarius tenet in Licio feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Guimundus,ſicut ipſe dixit,tenet in Licio feudum I. militis. &

cum augmento obtulit milites II.

Robertus de Arabod, ſicut ipſe dixit, in Licio tenet feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Aamen de Bonoſeculo, ſicut ipſe dixit, tenet in Licio feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III.

Ioczolinus de Tora, ſicut ipſe dixit, tenet in Licio feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites III.

Robertus Guaragne, ſicut ipſe dixit, tenet feudum I. & cum augmento obtulit milites II.

Sarolus de Caruigna, ſicut ipſe dixit, tenet in Licio feudum I. militis, & in Caruigna feudum non integrum. & cum augmento obtulit milites III.

Robertus de Maſſafra, ſicut ipſe dixit, tenet in Licio feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Robertus Bicot, ſicut ipſe dixit, tenet in Licio feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Riccardus Bil.ardus, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet in Licio feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Guido de Barolo, ſicut ipſe dixit, tenet in Licio feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

Girardus de Brictuno, ſicut ipſe dixit, tenet in Licio feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites V.

Raul filius Tipaldi, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet in Licio feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI.

DE OSTVNO.

Guibertus de Campauino tenet in Oſtuno feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militem I.

Osbernus tenet in Oſtuno feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militem I.

CVRIA.

Thomaſius de Sancto Iohanne, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet demanium in Caſtro, feuda militum XIX. & in Piccardo feuda militum II. & in Alexano feuda militum V. & in Monte Sardo feudum militum IV.

Feuda demanij prædicti Milites XXX.

Et cum augmento obtulit milites CXXIII.

Iſti

Isti sunt, qui tenent de eo.

Riccardus Guiscardus, sicut ipse dixit, tenet in Castro feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III.

Robertus Mustacze, sicut ipse dixit, tenet in Castro feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI.

Peregrinus, sicut ipse dixit, tenet in Alexano feudum IV. militum. & cum augmento obtulit milites VIII.

Guillelmus Grassus, sicut ipse dixit, tenet in Alexano feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites III.

Guillelmus filius Tibaldi, sicut ipse dixit, tenet in Monte Sardo feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

Hugo de Biaz, sicut ipse dixit, tenet in Piccardo feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III.

Filius Guillelmi de Ostuno, sicut ipse dixit, tenet in Monte Sardo feuda II militum. & cum augmento obtulit milites IV.

Goffridus de Specca, sicut ipse dixit, tenet in Monte Sardo feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites V.

Filiæ Iordanæ, sicut dixerunt, tenent in Monte Sardo feudum I militis & dimidij. & cum augmento obtulerunt milites III.

Vnfredus de Guiuilla, sicut dixit Raul de Sancto Iohanne, tenet in Castro feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites III.

Philippus de Sternacia, sicut ipse dixit, tenet in Alexano feuda II. militum. & cum augmento obtulit milites V.

Iohannes Philippi tenet in Alexano, quod tenebat Sarolus de Astiliano, quod, sicut dixit Raul de Sancto Iohanne, est feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI.

Riccardus Caluus, sicut dixit Raul de Sancto Iohanne, tenet in Monte Sardo feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Raul Bagnardus, sicut ipse dixit, tenet in Castro feuda II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

Dionysius, sicut dixit Raul de Sancto Iohanne, tenet in Castro feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

Tarsia & Hugo de Guasto, sicut dixit Raul de Sancto Iohanne, tenent in Castro feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulerunt milites III.

Fi-

Filia Bonifacij, ſicut dixit Raul de Sancto Iohanne, tenet in Monte Sardo feudum I.militis.& cum augmento obtulit milites II.

Hugo filius Goffridi, filij Nicolai, & Robertus Criſpinus tenent in Piccardo feudum I.militis.& dimidij,ſicut dixit Raul de Sancto Iohanne. & cum augmento obtulerunt milites VI.

Guillelmus Maletta,ſicut ipſe dixit,tenet in demanio de Maſſafra feudum X.militum,& de Coruenone feudum II.militum. & cum augmento obtulit milites XXIV.& ſeruientes XXX.

Iſti ſunt, qui tenent de eo.

HEnricus de Pont tenet de eo feudum I.militis.& cum augmento milites II.obtulit.

Gosmagnus tenet de eo feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militem I.

Summa demanij & ſeruitij Milites XXVII.& ſeruientes XXX.

Iſti ſunt,qui tenent feuda in Mutula.

GVaymarius tenet in Mutula feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit ſe ipſum ad cuſtodiam maritimæ.

Sarolus de Mutula tenet in Mutula feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit ſe ipſum ad cuſtodiam maritimæ.

Accaria tenet in Mutula feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit ſe ipſum ad cuſtodiam maritimæ.

Hugo filius Guillelmi tenet in Mutula feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit ſe ipſum ad cuſtodiam maritimæ.

Riccardus filius Goffridi tenet in Mutula quartam partem feudi I.militis. & cum augmento obtulit ſe ipſum ad cuſtodiam maritimæ.

Summa prædictorum militum Mutulæ:

Sunt integra feuda III minus quarta. & cum augmento mittent in exercitu milites VI.& medium.

Goffridus de Tulla emit à Curia Tertiam: de feudo cuius inquirendum eſt.

DE CASTELLANETO.

HVgo de Turso tenet in Castellaneto feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Bartholomæus in Castellaneto tenet feudi militis duas partes. & cum augmento obtulit se ipsum ad custodiam maritimæ.

Iohannes Mustaczus tenet in Castellaneto tertiam partem feudi militis. & cum augmento obtulit se ipsum ad custodiam maritimæ.

Iohannes de Auellino tenet in Castellaneto dimidium feudum militis. & cum augmento obtulit militem I.

Rao filius Riccardi Basilij tenet in Castellaneto dimidium feudum militis. & cum augmento obtulit militem I.

Summa prædictorum militum Castellanetæ:

Integra feuda III. & dimidium. & cum augmento mittent in exercitu milites VII.

Robertus filius Bisancij, sicut ipse dixit, tenet in Genusio quartam partem feudi I. militis. & cum augmento obtulit se ipsum.

DE TARENTO.

Milites integra feuda tenentes.

ROgerius Flamengus, sicut ipse dixit, tenet in Tarento feudum III militum. & cum augmento obtulit milites VI. & seruientes XI.

Balthassar filius Glay, sicut ipse dixit, tenet in Tarento feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Mulier Guillelmi Piccardi tenet in Tarento feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Scriba de Patricio, sicut inuentum est in quaternionibus Curiæ, tenet in Tarento feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Guillelmus Saluaius, sicut ipse dixit, tenet in Tarento feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites III. Habet autem hæc feuda ex parte vxoris suæ.

Pontius, sicut ipse dixit, tenet in Tarento feudum I. militis. & cum

cum augmento obtulit milites II.

Filius Guillelmi Barruni, sicut ipse dixit, tenet in Tarento feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Robertus filius Obirardi, sicut ipse dixit, tenet in Tarento, quod fuit Hugonis de Guanteduilla, quod est II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

Fulco Veltrus tenet in Tarento feudum, quod fuit Mabiliæ vxoris quondam Rogerij de Berulo, quod est feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Iordanus filius Raynaldi de Burges, cuius balium habet Malucor, tenet in Tarento feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI.

Summa prædictorum feudorum milites XVIII.
Et cum augmento milites XXXVII. & seruientes XX.

Milites Tarenti habentes feuda non integra.

GOffridus de Francauilla, sicut inuentum est in quaternionibus Curiæ, tenet in Tarento feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit se ipsum ad custodiam maritimæ.

Landulphus filius Sichinulphi tenet in Tarento, sicut ipse dixit, feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit se ipsum ad custodiam maritimæ.

Maraldicius, sicut ipse dixit, tenet in Tarento quintam partem feudi militis I. & cum augmento obtulit se ipsum ad custodiam maritimæ.

Filius Goffridi de Luciano, sicut inuentum est in quaternionibus Curiæ, tenet in Tarento quartam partem I. militis. & cum augmento obtulit medium militem.

Punginata tenet in Tarento septimam partem feudi I. militis. & cum augmento obtulit militem medium.

Filius Maroldi, sicut dixit, tenet in Tarento tertiam partem feudi I. militis. & cum augmento obtulit se ad custodiam maritimæ.

Summa prædictorum militum
Sunt integra feuda II. & medium & quinta. & cum augmento mittent in exercitu milites V. & tertiam.

DE ORIA.

Milites feuda, & partem feudi tenentes.

PAganus de Beneuento dixit, quòd tenet in Oria feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI.

Oliuerius de Brunamala dixit, quòd tenet in Oria feudum, quod fuit Roberti de Frainella, quod est IV. militum. & cum augmento obtulit milites VIII.

Bulfanaria mater Roberti de Oria, ficut dixit, tenet in Oria feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Petrus de Baro dixit, quòd tenet feudum in Oria, quod fuit Roberti de Alexano, & est feudum IV. militum. & cum augmento obtulit milites VIII.

Raynaldus de Palagonia, ficut inuentum est in quaternionibus Curiæ, tenet in Oria terciam partem feudi. & cum augmento obtulit se ipsum ad custodiam maritimæ.

Stephanus de Pulcellis, ficut inuentum est in quaternionibus Curiæ, tenet in Oria quartam partem feudi militis. & cum augmento obtulit se ipsum ad custodiam maritimæ.

Filius Aczulini dixit, quòd tenet in Oria quartam partem feudi I. militis. & cum augmento obtulit se ipsum ad custodiam maritimæ.

Feuda Oriæ sunt milites XIII.
Et cum augmento milites XXV. & seruientes III.

DE MVANNO.

Isti sunt milites, qui tenent feuda in Muanno.

FIlij Iordani de Aczo, ficut inuentum est in quaternionibus Curiæ, tenent in Muanno feudum I. militis. & cum augmento obtulerunt milites II.

Aymericus Longobardus, ficut inuentum est in quaternionibus Curiæ, tenet feudum pauperrimum in Muanno. & cum augmento obtulit se ipsum ad custodiam maritimæ.

Summa feudorum de Muanno militum II.
Et cum augmento militum III.
Milites Muanni non habentes feuda debent inquiri.

DE BRVNDVSIO MARITIMAE.

PEtronus dixit,quòd tenet in Brundusio feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militum I.

DE SVLITO.

SAnson dixit,quòd tenet in Sulito feudum I.militis. & cum augmento obtulit milites II.

Raul Bellus,sicut dixit Rogerius Guaragnus,tenet in Sulito feudum II.militum. & cum augmento obtulit milites IV.

Raul de Geruasio,sicut dixit Stephanus de Neritono,tenet in Sulito feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militem I.

Thomasius Russellus tenet in Sulito feudum , quod fuit Ranfredi,quod,sicut dixit Rogerius Flamingus,est septima pars militis. & cum augmento obtulit quartam partem militis.

Peregrinus filius Saroli tenet in Sulito feudum dimidij militis, sicut ipse dixit.& cum augmento obtulit militem I.

Summa prædictorum militum Suliti feuda IV. & septima. Et cum augmento milites VIII.& medius.

YDRONTVM.

Isti sunt milites ibi feuda,& partem feudi tenentes.

ROBertus Guaragnus,sicut dixit,tenet in Ydronto feudum I.militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites II.

Goffridus filius Duranti tenet in Ydronto feudum I. militis & medii & cum augmento obtulit milites III.

Raynaldus de Triuento tenet , sicut dixit , feudum in Ydronto III.militum. & cum augmento obtulit milites VI.

Philippus de Ostuno,sicut ipse dixit , tenet in Ydronto feudum III.militum. & cum augmento obtulit milites VI.

Goffridus Bonus Vassallus,sicut ipse dixit, tenet in Ydronto I. feudum & dimidij militis . & cum augmento obtulit milites III.

Goffridus de Episcopo,sicut ipse dixit,tenet in Ydronto I. feudum

dum & dimidij militis. & cum augmento obtulit milites III.

Eustasius de Vales tenet, sicut ipse dixit, feudum in Ydronto I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Raul de Auersa, sicut ipse dixit, tenet in Ydronto feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III.

Hugo de Ydronto, sicut dixit Rogerius Guarannus, tenet in Ydronto feudum I militis. & cum augmento obtulit milites II.

Erbet de Lanfreuilla, sicut ipse dixit, tenet in Ydronto feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

Raul Sachespes, sicut ipse dixit, tenet in Ydronto feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III.

Robertus de Tuenilla, sicut dixit Rogerius Flamengus, tenet in Ydronto feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. Et Curia credit quòd plus tenet.

Arnil filius Stephani, sicut ipse dixit, tenet feudum in Ydronto I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III.

Goffridus Bomundi, sicut ipse dixit, tenet in Ydronto feudum II militum & dimidij. & cum augmento obtulit milites V.

Antelmus de Mulisio, sicut dixit Rogerius Guarannus, tenet in Ydronto feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI.

Raul Scallũ, sicut dixit Rogerius Guarannus, tenet in Ydronto feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militem I.

Henricus de Brauan duxit in vxorem filiam Mariæ, quæ, sicut dixit Rogerius Guarannus, tenet in Ydronto feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militem I.

Filiæ Guillelmi de Mallano, sicut dixit Rogerius Guarannus, tenent in Ydronto feudum I. militis. & cum augmento obtulerunt milites II.

Riccardus Guiscardi, sicut inuentum est in quaternionibus Curiæ, tenet in Ydronto feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Summa prædictorum militum feuda XXXI.

Et cum augmento feuda LXII.

DE NERITONE.

Raul de Talla, vt ipse dixit, tenet in Neritone feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

Marinus Longus dixit, quòd tenet in Neritone feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

Tadæus filius Geruasij, sicut inuentum est in quaternionibus Curiæ, tenet in Neritone feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Raynonus de Cagnano emit terram, quæ fuit Bartholomæi filij Stephani de Neritone, & est feudum V. militum. & cum augmento obtulit milites X. & seruientes X.

Paulus filius Hugonis tenet in demanium de Domino Rege de Neritone, sicut inuentum est in quaternionibus Curiæ, feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI. & seruientes XVI.

Rogerius filius Manzi tenet in Neritone de prædicto Paulo feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Vxor Rogerij Flandreñ tenet in Neritone feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI.

SALPE.

Curia tenet demanium, quod tenuit Boa. Salparum Salpe feuda XX. militum cum demanio suo, & eius augmentum sunt milites XXV. Summa. Vnà inter feudum, & augmentum milites XL. & seruientes L.

RAPOLLA.

Liardus tenet in Rapolla feudum pauperrimum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Sanson de Rapolla tenet pauperrimum feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Guido de Rocca dixit, quòd tenet in Rapolla feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Curia tenet tres . . .

MI-

MILITES VENVSII.

PAlaginus dixit,quòd tenet feudum militis, non tamen integrè. & cum augmento obtulit milites II.
Curia tenet feudum, quod tenuit Guillelmus filius Maynerij, quod est I.militis.& cum augmento obtulit milites II.
Curia tenet feudum I.militis, quod tenuit Riccardus filius Ortisij,quod cum augmento est II.militum.
Achilles dixit, quòd tenet feudum I.militis. & augmentum eius I.Vnà obtulit milites II.
Vxor Barensis,sicut dixit,tenet feudum dimidij militis.& cum augmento obtulit militem I.

Milites Venusij cum augmento sunt IX.

Leo de Fogia tenet Pandam,quod,sicut dixit,est feudum II.militum. & cum angmento obtulit milites IV. & seruientes VIII.

RIPA CANDIDA.

ROgerius Mar. tenet Ripam Candidam, feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI.
Matthæus nepos presbyteri Leonis dixit, quòd tenet villanos IV.& cum augmento obtulit militem I.
Robertus Guismundi tenet villanos II.& cum augmento obtulit militem I.
Ioczolinus,sicut inuentum est,tenet villanos II.& cum augmento obtulit militem I.
Pantaleon nichil tenet;sed pro auxilio magnæ expeditionis obtulit se ipsum.
Andreas Guarneri nichil tenet; sed pro auxilio magnæ expeditionis obtulit se ipsum.
